

A. Schotto, *Παροιμαι ελληνικαι. Adagia sive proverbia graecorum.* Antverpiae, 1612.

Exemplar provenit din biblioteca lui N. Mavrocordat.

ΠΑΡΟΙΜΙΑΙ ΕΛΛΗΝΙΚΑΙ.

ADAGIA
SIVE
PROVERBIA
GRAECORVM
EX

ZENOBIO seu ZENODOTO

DIOGENIANO &

SVIDAE COLLECTANEIS.

Partim edita nunc primùm, partim Latinè reddita,
SCHOLIISQVE parallelis illustrata,

ab ANDREA SCHOTTO *Antuerpiano, Soc.* IESV *Presbytero.*

ANTVERPIAE,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Viduam & Filios Ioannis Moreti.
cIↃ. IↃc. XII. (1612)
Superiorum permissu.

Ex Libris Jo. Nic. M. P. olim
Mol. nunc Val. A. 1721

II 17637
Lep

Biblioteca Centrală Universitară
Cota IV 09/88
Inventar Ex. 919

V. C.

SCIPIONI COBELLVCIO

PAVLI V. PONT. MAX. A SECRETIS

AND. SCHOTTVS ANTVERP.
SOCIETATIS IESV SACERDOS.

MEMORIA teneo, COBELLVCI, sermones inter nos habitos Romæ de studiis litterarum: quærere adhæc solitos cum priscis illis Philosophis, præstantiorane sint ac firmiora præsentes inter, an absentes, Amicitiæ iura? Cùm præsentium magis ipse laudares, qua vales eloquentia atque doctrina; ego verò oculorum laborans imbecillitate, cælum illud non satis eis clemens cum patrio mutare solo coactus, absentium quoque in amando fidem, amoremque commendabam. Didici mox reapse absentium desiderium, vt magis indies crescere, sic & intendi Amicitiam, quæ apud præsentes nimia sæpenumerò familiaritate langueseeret, atque adeò nata interdum rixa, dissueretur. Tametsi veteres quosdam contrà sensisse ne Tu quidem,

quem nihil fugit, ignoras. Nam & in Nicomachiis de vita & moribus præceptionibus Aristoteles, locorum interuallo, etsi officia interrumpi sæpè contingat, non dirimi tamen ait Amicitiam legitimè, hoc est, morum voluntatumque consensu initam. Vetusque adeò Græcorum Prouerbium iactatum: Τηλοῦ φίλοι ναίοντες οὐκ εἰσὶν φίλοι.

Poëta quoque, Latinorum Callimachus, Sex. Propertius:

Quantum oculis, animo tam procul ibit amor.

Quam ego sententiam vsu edoctus cum Athenæo Dipnosophista μιζανθρωποτάτην, & Timone quàm homine magis dignam semper existimaui. Sentio enim, & præ me fero, dum litteras abs Te Romæ datas, veteris nostræ necessitudinis symbola identidem accipio, incredibili me lætitia perfundi, ac veluti amoris mutui pignora exosculari. Quin & vsuvenire libenter profiteor, vt qua voluptate affici consueuerũt, qui è simultate aut iurgio in gratiam redeunt (Amantium enim iræ amoris est redintegratio) eâdem ipse frequenter afficiar, dum ex interuallo à Velseris illustribus viris, Pontanis & Raderis Sociis, ac Pantinis, communibus amicis, eruditis hominibus, litterę, vt fidei testes & memoriæ arrhabones redduntur: & quidem maiorem longè delectationem sentio, quàm si coràm agendo, nato, vt fieri amat, è nimia familiaritate contemtu, Rixa & Gratia vicissitudine quadam alternentur. Dum enim vltrò citroque & alloquia consiliaque ambulant, & officia; exspectatione ipsa ac votis alitur foueturque amor Amicitiæ. Faces agitatæ flammam vomunt vberiorem; sic & mutuis crescit alloquiis Amicitia: quæ & ipsa longa nimis ἀποστηγοζία, vt idem asserit Philosophus, plerumque dissoluitur: vt bona nomina mala interdum fieri, si numquam interpelles, Alfenus fenerator aiebat.

Profi-

Proficiscetur itaque ad Te, CORELLVCI, mentis interpres vox mea his tabulis consignata, quæ cum absente etiam verba facient: quandoquidem liberalitate tua è Vaticana Pontificis PAVLI V. verè Maximi Bibliotheca suppeditasti *Prouerbia Græcorum è Zenobio & Diogeniano Heracleote Pontico*, hactenus in-edito; comparata iussu tuo atque impensis, cum exaratis calamo membranis; addita etiam lauta accessione Prouerbiorum: quam cur Plutarcho adscribat Desiderius nondum equidem intelligere potui. Hæc denuò nostra vigilia atq; industria Latinè vtcumque reddita, Scholiisq; perpetuis explicata, typis denique Plantinianis illustrata, ad Te reuertuntur, & ex formula antiqua, Tibi, SCIPIO LIB. MER. DO, DICO, ADDICO; de nota meliore, vt exstet ad posteros meæ erga Te obseruantiæ, amorisque inter nos mutui testimonium, vt opto & spero, sempiternum: cognoscantque laudandarum artium studiosi, vt SCHOTTVM vel absentem Romani adamant, quem aliquãdo vtramque linguam de superiore loco interpretantem, & Oratorum principum Philippicas committentem attentè audierunt; sic colere eum vicissim, & in oculis grata memoria ferre æternam Vrbem, Religionis Maiorum caput sedémque;

Terrarum Deam, Gentiumq; ROMAM.

Quid verò ipse præstiterim, certè voluerim, Tu, tuique similes, hoc est viri doctissimi, de plano pronuntiabunt: quibus mea sanè libentiùs offero, quàm illitteratis hominibus, tametsi fumosis maiorum imaginibus tumeant. In interpretando perspicuitati potissimùm nauata est opera, ac dignitatis Latini sermonis, cultúsque habita ratio. Nunc enim experimento magis magísque comperi, (de quo & Tullianarum Quæstionum libro IV. nuper disserui, & in Photij CP.

3 * μυρο-

μυριοβίβλῳ Latinè reddendo, in tot & tantorum Scriptorum stylíque varietate satis apparet) quàm difficili ac lubrico in loco eorum versetur industria, qui Græca Latinè reddunt, vt paucissimi sanè ex omni multitudine ad hanc diem, qui perfecti munus Interpretis vsquequaque impleant, reperiantur: tum verò PROVERBIA GRAECORVM Latina facere, id demum longè esse difficillimum obseruaui. Caussę in promtu. Primùm, quòd Parœmię florem habeant medullámque Sapientiæ: sintque, (vt apud Synesium Episcopum in Caluicij laude, Aristoteles Peripateticæ princeps scholæ testatum reliquit) PROVERBIA, hoc est sermo dignitate & antiquitate commendatus, omnis Philosophiæ post ingentem hominum cladem amissæ quædam quasi reliquiæ, quæ commodo, vtilitate, dextráque operâ veluti per manus traditæ perpetuò seruatæ perdurant. Deinde, quòd αἰνιγματῶδες quid contineant, sintque vt popularia vulgíque vsu trita, sic & inuenta acutè, & venustè atque oportunè adhibita. Definitur itaque à Græcis hominibus, vt meliùs Tu nosti, Παροιμία, λόγος ἐπικαλύπτων τὸ σαφὲς ἀσαφείᾳ: vt singulorum origo *Prouerbiorum* progressionésque cognosci ægrè atque explicari queant; nec eodem adhiberi modo ab omnibus soleant. Quæ cùm ita sint, in eam spem veni, fore vt eruditos homines paullò mihi æquiores experiar, eos præsertim, qui in hac ipsa palæstra aliquando desudarunt, aut hoc decurrere stadium, quò vires ipsi suas periclitentur, decreuerunt. Indoctas enim maledicorum huius ęui calumnias nihil equidem moror. μωμήσεται γάρ τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται. Suas sibi res habere potiùs repudij libello iubeo: & hoc agens, atque ab his sacris profanum arcens vulgus, accinam ad aures, cum Orpheo vate, apud Clementem Alex. ac B. Cyrillum in Iulianum

παρα-

παραβάτην: aut cum Pythagora illo Samio, apud Stobæum:

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστὶ, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι.

Fas quibus alta canam: procul hinc, procul este profani.

Hæc autem veluti prolusus nobis sint, ad S. Scripturæ *Prouerbia* velut ex vberrimo scientiarum fonte seligenda, & ad eadem hinc exterorum Gentiúmque scriptis illustranda: quod inchoauit olim veriùs quàm perfecit Polydorus Vrbinas, tentarúntque memoria nostra non pauci. Et verò amplissimus hodie campus aperitur, edito nuper in manúsque tradito Græcè, in Gallia, Germania, atque adeò Orbe pęnè diuisa Britannia, disertissimo sanctorum Patrum *Iohanne* aurei verè oris *Chrysostomo*: ex quo, vt nuper *Similitudinum* opus ab Alardo, sic & *Prouerbiorum* læta nunc colligi seges queat. Sed Desiderius, inquies, tuis iampridem luminibus obstruxit. Minimè verò: optandum sanè, si quid votis proficeretur, Græcorum hanc, quam foras bono damus publico, τὴν ξυνωρίδα τῶν Παροιμιογράφων, *Zenobium*, quem *Zenodotum* ille nominat, ac *Diogenianum*, qua erat in interpretando felicitate, vertisset: næ ille magno nos pondere (fatebor enim) subleuasset, nec tædij tantum absorbendum fuisset. Verùm enimuerò venturum spero aliquando φιλόπονόν τε καὶ φιλόλογον, qui in *Chiliadas Erasmi* accuratiùs paullò anquirens, turbidos illos riuulos ad puros hosce fontes sursum versus reuocando, longè quàm ad hanc diem edat meliores: vt nulla animi perturbatione, sed Veritatis vi adducti, ab illo discedere non rarò simus compulsi: nobisque debebit gratiam aliquam prudens Lector secta iam glacie, fenestráque patefacta, via denique planiore litteris interioribus munita, dum veluti digitum in fontes, quod aiunt, intendimus. Tibi verò primario viro,

& om-

& omni doctrinæ genere circumfluenti, si hunc meum laborem probauero, pretium feciſſe operæ videar: & si quem fortè ex his fructum posteritas colliget, cupio quidem certè, eum Tibi magnam partem acceptum referri volo. Probari enim mea abs te laudato viro laudabile in primis duco, votísque optandum. Vale in Domino, & hæc tenuia licet æqui boni faciens, Societatem noſtram, quo ſoles amore, complectere. Sic benè Tibi euenire omnia Deum venerans precor. Antuerpiæ, Kal. Septemb. M. D C. XI.

ANDREAS SCHOTTVS LECTORI S.

NE ACTVM, *quod Prouerbio vetamur, egiſſe, Lector, videar, conſilij noſtri reddenda ratio eſt, (vt otij in negotio conſtare oportere cenſuit in Originibus M. (ato) editis iam à nobis* PROVERBIIS *è Græcorum potiſſimùm fontibus, poſt tot tantoſque literarum Heroas, Deſiderios, Polydoros, Junios, ac Braſſicanos, velut ex equo Troiano prodeuntes: quales vix ſingulos ſingulæ ætates ferant. Verùm ſi quis noſtri laboris arbiter ſedens, aliorum fortè inſpexerit diligenter hoc in genere lucubrationes, noſtrum ſanè conatum, vt ſpero, non vſquequaque faſtidiet: quòd, quæ primùm edi ab illis, qui anteceſſerunt, oportuit Græca volumina, vnde ſua magnam partem hauſerant, ſi ea minimè iacere ac latere perpetuò ſum paſſus, nemo iure reprehendere queat; fauere potiùs debeat, quòd ex abditis ac publicis eruere bibliothecis in lucemque proferre etiam ἀνεκδότα ſum aggreſſus*: ZENOBIVM *inquam, ſeu* Zenodotum, DIOGENIANVM, *ad hunc diem ineditum: item* VATICANAM APPENDICEM *(quam ſine argumento, nulloque auctore Eraſmus* Plutarchi Collectanea paſſim appellat) *typis quoque nondum editam. Tum è* Suidæ Collectaneis *allata ordine omnia: in cuius Scholiis ex Heſychio* Adagia *collegimus, (quæ, vt ipſe præfando teſtatur, è breuibus illis* Diogeniani, *vberiùs concinnat:) & ſuis quæque locis opportunè inſeruimus. His acceſſio facta non pœnitenda Græcorum Prouerbiorum, cùm & Stromateus Ioſ. Scaligeri Græcis verſibus contextus, & tertiùm iam in Gallia Græcè editus, ceteris ſubijcitur. Quæ* Metrica Prouerbia, *quò rudioribus obſequerer, moremq; Typographo gererem, totidem Latinis verſibus, eodemque metri genere, Epico, Iambico, ac Trochaico, quoad fieri eius à me potuit, fideliter poſt Eraſmi ac Fed. Morelli Regii Profeſſoris interpretationem reddere tentaui. Quid ſim aſſecutus, vel ſecutus potiùs, tuum erit iudicium. Abundè erit ſi fidem tibi probauero, qui Poëtæ nomen numquam affectarim: lampade aliis tradita, lauream inuidens nemini. Certè ſpes eſt æquiores mihi fore iudices, qui nihil hoc interpretandi genere difficilius eſſe, vel vſu animaduerterint ipſi, vel in eadem arena decertarint: cùm ne Homerum quidem Poëtarum principem*

recentiorum quisquam totidem Latinè versibus reddere ad hãc diem voluerit: etsi Hesiodum Vlpius Frisius, & Musæi καὶ *And. Papius tentarint.*

Et verò nihil meum hunc conatum, eorum qui ante me Prouerbia diligenter è Græcis Latinisque auctoribus collegere, infringere debuit industria: quòd summum ac perfectum id demum esse videatur, cui addi amplius nihil possit. Prouerbiorum verò infinita quædam est atque innumerabilis omnium pænè gentium ratione & oratione vtentium copia. Quin itaque crescere hac indies silua Adagiorum *legendo commentandoque queat, nemo, nisi admodum in litteris hospes, infitiabitur. At ne Aristotelem quidem (vt Græcos in hoc argumenti genere potissimùm, ac Paræmiographorum principem nominem) in Philosophia deterruit à scribendo Platonis amplitudo; nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia, aureumque dicendi flumen, ceterorum æqualium studia restinxit. Nam in Poëtis non vni Homero locus est in Heroïcis, aut Sophocli vel Euripidi in Tragicis, aut in Lyricis Pindaro vel Alcæo, sed horum vel secundis, vel etiam infra secundos. Post Demosthenem verò, eiusque aduersarium Æschinem, atque Isocratem, alij multi clari ad decem vsque in Græcia Oratores exstiterunt antèa, nec posteà defecerunt. Neque solùm ab optimis studiis; iisdemque premendis vestigiis excellentes viri deterriti non sunt, sed ne opifices quidem se ab artibus suis remouerunt: cùm post Apellem, post Parrhasium & Zeuxen pictores alij exstiterint in suo quique genere insignes: quorum tanta ad hanc diem multitudo, vt cùm summos artifices meritò admiremur, inferiores tamen non improbemus. Tantum verò abest, vt hoc mihi sumam aut arrogem, non vereri me, ne quis* Adagiorum *spicas à tergo legat; vt omnes etiam obtester Philologos, quæ à nobis, in argumento propè infinito, sunt relicta, (relicta autem, fateor, plurima) ea vt pro sua quisque virili studiorum incredibili commodo, bonoque litterarum publico, ornatum indies macteque auctum eat.*

Exposui adhuc cur post alios demum hoc Prouerbiorum *argumentum non satis vmquam pro dignitate tractatum è Græcis fontibus susceperim illustrandum: venio nunc ad rem ipsam, qua de agitur, propiùs: de* PROVERBIORVM *definitione, diuisione, atque vsu. Hinc ad veteres Paræmiographos qui intercidêrunt: ad eos denique, quos in præsens foras damus.*

Hebræi qui in disciplinis omnium sunt antiquissimi, Parabolas, *ad quas* Paræmiæ *pertinent, primi tractarunt: vt sapientissimus Salomon, primum de tribus opus* Prouerbia *inscripsit, Hebræis* משל Misle, *à verbo* משל Masal. *Post etiam ex Heb. Rabinis Ben-Siræ quædam exstant* Prouerbia Hebraica, *sed è Talmudicis potissimùm rei non magnæ scriptis* Misna, & Gemara: *quæ sententiæ potiùs sunt acutè antithesibus ornatæ, ad vitam moresque formandos vtiles, quàm* Adagia, *hoc est, vulgo trita dicta. Sunt autem generis vice* Parabolæ, *vt ab Allegoria, & Tralatione seu Metaphora, obscuritatis nomine, deriuatæ. Græci* Παροιμίας *dixere vulgi sermone vsurpata, quæque in ore sint omnium propè gentium, sed sua dialecto vtentium. Ea appellant Latini* Prouerbia, & Adagia *seu* Adagiones. *Verùm* Prouerbij *voce magis est Tullius delectatus,* Adagij *M. Varro, togatorum doctissimus; quod* ambagium, *quasi circumagium interpretatur. De his etsi in τῆς παροιμίας copiosè disseruit Mich. Apostolius, non ille Basileæ editus, sed hoc duplo amplior typis propediem euulgandus; & in Chiliadum limine Desiderius; adferam tamen illis intacta, è Græcis potissimùm Scriptoribus, ad auctores, quos edimus, Græcos Paræmiarum. Hi* Paræmiam *definiunt* sermonem obscuritate rem claram tegentem. *Beda Presbyter lib. de Tropis S. Scripturæ, Donatum credo secutus, ita:* Παροιμία est accommodatum rebus temporibusque Prouerbium. *Adiicit Diomedes alter Grammaticus:* cùm aliud significatur, quàm dicitur. *Nondum tamen plena definitio. Chiliades itaque Batauus:* Paræmia, *inquit,* est celebre dictum scitâ quapiam nouitate insigne. *Duplex autem est Christianis hominibus.* Paræmiæ *enim ἢ δημώδεις (vt Diogenianus suas inscripsit) ἢ ἱεραί. Altera enim externa, popularis, ac vulgaris est; sacra altera, & Ecclesiasticorum propria. Vulgarem quidem Paræmiam, seu profanam Basilius, verè Magnus, principio Prouerbiorum Salomonis definit* ῥῆμα παιδεύσεως περιεμένον ἐν τῇ χρείᾳ τῶν πολλῶν, ἢ ὅσα ὀλίγων ὄντα πλείονα ὑφέσεως μεταλαμβάνειν δυνάμενα. Verbum viale, vulgi vsu tritũ, quod à paucis ad plura similia transferri commodè queat. *Respexit nimirum ad Paræmiæ etymon. Græcis enim ὁδὸς via est, ὃ καὶ παρὰ τρίβων καὶ παροδικόν, quomodo Varro, vt diximus,* Adagium *quasi* ambagium *derivat. Aliud verò aliud est Theoni Sophistæ in Progymnasmatis, & in Lexico Ammonij, siue Herennij Philonis, pro* Apologo, *quales Phrygij fabulatoris, & Hesiodi de Iuscinia atque accipitre: quò fabularum originem M. Fabius retulit. Sacra verò Paræmia eidem Basilio definitur,* λόγος ὠφέλιμος μετὰ δευτερώσεως μετρίας ἐκδεδόμενος. πολλὰ μὲν τὸ αὐτόθεν χρήσιμον παρέχων πολλὰ δὲ καὶ ἐκ τοῦ βάθους τοῦ ἀῤῥήτου συγκαλύπτων. sermo vtilis moderata cum obscuritate editus, multum quidem per se vtilitatis continens, multum verò etiam in recessu intelligentiæ recondens. *De qua nihil equidem in præsens agam, sed Lectorem ad Prouerbiorum Salomonis interpretes, priscos, recentesque allego, vt ad Catenam Græcorum Patrum Theod. Peltano Interprete, typis breui edendam;*

quæque copiosè, vt omnia, Alph. Salmeron, Societatis nostræ insignis Theologus, ad Euangelicas Parabolas Tomo VII. *disseruit, & nuper Mart. Delrio collega quondam & ciuis, in* Adagialia lacra, *cœpta edi Lugduni, quo tempore hæc Græcorum* Prouerbia *Latinitate & luce donabam. ipsius enim alterum propediem Tomum exspectamus. Clemens autem Alexãdrinus, Stromateo sexto, (vt & Iustinus Martyr ac Philosophus, siue quis alius auctor est Quæstionum ac Responsionum, Quæst.* LX.) PARABOLAM *esse ait* orationem ab improprio, sed quod proprij ac veri similitudinem præ se ferat, ad id quod verum ac proprium est, intelligentem deducens. *Quæ descriptio verius est, & Apologo etiam conueniat. Addit idem* à Barbarica Philosophia, *hoc est Hebræis*, Prophetiæ speciem subiici Parœmiam, itemque Parabolam atque Ænigma. *Græci verò primùm Hebræos* Barbaros, *vt hic, ceteraſque adeò gentes nominarunt; vt Amelius, Plotini auditor, Philosophus Platonicus, Ioannem Euãgelistam: quod obseruatum è Cyrilli lib.* VIII. *contra Iulianum* παραβάτην, *& Origene lib. contra Celsum, & Iamblicho, à Iunio lib.* IIII. *Animaduersorum, cap.* XXV. *Pòst etiam Græcos ipsos bello victos Romani rerum summa potiti, auctore Sex. Pompeio*, Barbaros *pleno ore appellarunt. Quòd autem doctus Theologus Clementis hunc locum ita studet interpolare, vt transpositis vocibus Parabolæ Parœmia succedat, nihil necesse est: quandoquidem, quod nec ipse infitiatur, confundi hæc interdum ac permisceri, vt formæ generibus, soleant. Tertius Græcorum testimonium dicet Synesius, Cyrenes in Africa Episcopus* Ἐγκωμίῳ τριλόγῳ, *regiæ Turnebi editionis pag.* 59. Ἡ Παροιμία σοφόν. Πῶς δ' οὐχὶ σοφόν, ἅτε ὧν Ἀριστοτέλης φησίν, ὅπ παλαιᾶς εἰσι φιλοσοφίας, ἐκ ταύτης μεγίστης ἀνδρῶπων φθορᾶς λειπομένης ὑπολείμματα ἀφιεμένη δεῖ σωτηρίου καὶ ἀξιόπιστα. Παροιμία δὲ καὶ τοῦτο ἦν λόγου ἴχνος ἀξίωμα τῆς ὅλης κατιδούσης φιλοσοφίας τινὸς ἀρχαιότητα, ὥστε βέλτιον ἐπιβλέπειν αὐτῇ. Παμπόλυ γὰρ οἱ παλαιοὶ τῆς νῦν εἰς ἀλήθειαν ἐυτυχέστεροι. Parœmia sapiens quiddam est. Quidni enim? cùm Aristoteles Prouerbia esse scribat, Philosophiæ post multam hominum stragem amissæ quasdam reliquias, quæ commodi sui gratia ac vetustate perdurarunt. Prouerbium enim sermo est dignitatem habens, & tamquam è sacrario Philosophiæ, vnde antiquitatem traxit, depromtum. Veteres enim, multò magis quàm huius ætatis homines, Veritatis erant cupidiores. *Sic ille. Quod autem* I. *Cornarius, extemporalis plerumque interpres, hic vertit, peruertit potius*, ὥστε βέλτιον ἐπιβλέπειν αὐτῇ, vt superbè ipsam intueatur, *equidem non assequor. Rectiùs longè Desiderius hic Synesium, etsi paraphrasticè, sic reddidit*: Nihil aliud esse Parœ-

Parœmiam, quàm reliquias illius veteris Philosophiæ maximis humanarum rerum cladibus exstinctæ: easque seruatas esse, partim ob compendium breuitatemque, partim ob festiuitatem & lepôrem: ideoque nec segniter nec oscitanter, sed pressiùs atque penitiùs inspiciendas. Subesse enim velut igniculos quosdam vetustæ sapientiæ quæ in peruestiganda Veritate multò fuerit perspicacior, quàm posteriores Philosophi fuerunt. *Quod autem in extremo verè Synesius dixit, idem M. Tullio priùs in mentem venerat. Sic enim ille Tusculana* I. Antiquitas, quò propiùs aberat ab ortu & diuina progenie, hoc meliùs, quæ erant vera, cernebat.

Ceterùm de vsu atque vtilitate Adagiorum differit vberiùs Erasmus. Nos duo attigisse contenti, ad alia properamus. Vsus enim Adagiorum, *sed non nimis frequens, cùm in sermone enitet familiari, tum in amicorum epistolis, vt Demetrius Phalareus lib. de Elocutione, & Nazianzenus Theologus Epist. ad Nicobulum, tradunt. de* Prouerbiorum *autem origine, & ad explicandum difficultate, (de qua etiam in Adagio* Herculei labores *Erasmus disseruit) sic Eusebius Cæsariensis Episcopus libro* I *de tribus* contra Marcellum Ancyranum *Episc. quos scripsisse Eusebium Socrates testatur Ecclesiasticæ Hist. lib.* I. *cap.* XXV. *Quod opus cum tribus* de Ecclesiastica Theologia *eiusdem libris aduersus eumdem Marcellum, quia ineditum adhuc delituit apud Britannos, qua fide accepi, hìc repræsento*: Ὅρᾳς τὸ ἀντιχαρὲς τῆς Παροιμίας· ὃ καὶ δῆλα τύπτει δέοντα δεῖ τὸ μὴδὲ δεῖν τῆς ἀντῆς ἰφιλοσοφίας φιλῶμεν τὰς τὴν Προσοιμίαν ταύτην ἐξηγήσασθαι βουλθέντας. ὅπου δυσκιρατόν τι ἀγαθὸν τὸ τῆς Παροιμίας καὶ ἀθρόα τοῖς ἔξωθεν εἶναι δοκεῖ. Διὸ καὶ τις περὶ παρ' αὐτοῖς σοφῶν, συναγαγὼν τὰς ὑπὸ πολλῶν καὶ διαφόρων λεχθείσας Παροιμίας εἰς αὐτὰς γέγραφε βιβλία δύο μὲν περὶ μέτρων (fortè ἡμιόλιον, aut διὰ μέσων) περὶ δὲ ἀπλῶν τέσσαρα. Ταύτας δὲ Παροιμίας ἀπόλωλασιν οἱ ἔξωθεν δι' ὑδὲν ἕτερον, ἢ διὰ δοκεῖ, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῖς τῆ σοφωτάτῃ Σολομῶνι Παροιμίαις ἐντυγχάνοντες, καὶ γνόντες δι' αὐτῶν, ὅτι ὑδὲν ὄζον ἐκ τῆ σοφοχείρου σοφῶς περὶ τὰ ἀνθρώπινα μαθῶν, καὶ αὐτοὶ ζηλῶσαι τὸ Πνεῦμα βουληθέντες γράμμα, τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ γεγράφασι τρόπον. PROVERBIVM quàm difficile sit vides: quod & hinc eluceſcit, ne ipsos quidem Interpretes, qui Parœmiam explicare ingressi sunt, sibi constare: adeò difficilis res visa Prouerbiorum ipsis etiam Ethnicis explanatio. Quamobrem vnus eorum ceteris sapientior, collectis passim multis variisque vsu tritis Prouerbiis eadem explicauit; duobus quidem libris METRICA PROVERBIA, quattuor verò libris numeris soluta explanat. Patœmias autem, seu Prouerbia, Gentiles idcircò, mea quidem sen-

tentia, nominarunt; quòd ſapientiſſimi Salomonis Prouerbia legiſſent, legendoque cognouiſſent, non ſtatim dicta illa clarè ac perſpicuè cognoſci. Quare idem Propheticum dicendi genus ſcribendo imitari ſtudentes, ad eamdem formam & ipſi Prouerbia conſcripſerunt. *Nollem Euſebius ſapientis illius nomen ſilentio texiſſet, hariolandum vt doctis hominibus idcircò etiam videatur, quia Scriptor ille, quiſquis eſt, intercidit. Memini* Ariſtophanem *Comicum* de Prouerbiis ἀμίξους *laudari in Auibus, à Scholiaſte Græco pag. nuperæ edit.* 601. F. *vt* ἐμμίξια *etiam ſcripſiſſe conijcere liceat, niſi fortè Comœdias metro ſcriptas Prouerbiorum lepide refertas intelligere placet. Horum vicem ſupplebunt* ἐμμίξια *Scaligeriana hiſce addita, & à nobis vtcumque explanata. Gemina his Venerabilis Beda:* Hic Tropus, *inquit,* adeò latè patet, vt liber Solomonis, (quem nos ſecundùm Hebræos PARABOLAS dicimus) apud Græcos ex eo nomen Paroemiorum, hoc eſt Prouerbiorum, acceperit. *Quæres fortaſſe, quid à* Gnomis, *atque* Apophthegmatis, *(quæ ſæpè Adagiis Apoſtolius & Eraſmus ſine delectu admiſcent)* Paroemiæ *differant? Difficilis ſanè explicatio. Multa enim, fateor, Adagia ſunt eadem & Sententiæ ad benè beateq; viuendum compoſitæ. Plurima tamen ſunt Prouerbia ſingula, vt tantùm Gnomæ longè plures, quæ diſtinguere iudicio oportet; vt ſuadet elegantiſſimi vir ingenij Muretus, de Chiliadum opere ſeuerè iudicans, lib.* XII. *Variarum Lectionum cap.* XVI. & XVII. *Sed cur eadem, inquies,* Adagia *obſcuritatem plerumque continent, quæ ſit cum Apologis, Ænigmatis, ſeu Griphis, ac Parabolis denique communis? An inuolucris ac tenebris tecta non ſtatim obuia vulgo eſſe voluerunt? vt qui nucleum, quod aiunt, eſſe velit, corticem frangat neceſſe eſt. An vt arcana* καὶ τὰ ἀπόῤῥητα *velo tegebant: vt ſymbolis in militia, in conuiuiis Græci Ænigmatis vti conſueuerunt; vt in Philoſophia Pythagoras & Plato numeris, Ariſtoteles Acroamaticis, ſua inuoluebant; vt Hieroglyphicis Ægyptij ſacra tradebant; Hebræi verò Sancto ſanctorum velum obtendebant. Initiati denique à ſacris profanos hac formula arcebant:* Ἔξω βέβηλοι. *Et:* Odi profanum vulgus & arceo. *Igitur quemadmodum Religionem maieſtas tuetur; ſic myſteria obſcuritaſque Philoſophiæ adyta cuſtodiunt.*

Nunc Paroemiographos *per ſaturam recenſeamus: principio quidem eos qui temporum vitio amiſſi perierunt. De* Adagiis *enim multa olim volumina reliquerant, Ariſtoteles quidem Peripateticæ princeps ſcholæ, eiuſq. auditores Theophraſtus & Clearchus Solenſis. Scripſere & Chryſippus, Cleanthes, Theætetus, Ariſtides, Ariſtophanes, Æſchylus, Mylo, Ariſtarchus:*

chus: quos, quia citant idemtidem, legiſſe apparet eos qui ad ætatem noſtram perdurarunt. Zenobius certè Stagiritæ de Paroemiis *libros aduocat, vt & Æſchyli ac Mylonis: qui Philoſophus, cùm Ethicis Nicomachiis, tum Rhetoricis ad Theodectem, ceteriſque ingenij monumentis, via ac ratione conſcriptis,* Prouerbia *veluti gemmas, ad ornandum perſuadendumq; benè ſentiendi magiſter frequenter ſolet adhibere.* Clearchum *laudat Athenæus Dipnoſophiſta lib.* IV. & VII. *Suidas etiam* Theætetum *nominat Cent.* XI. *Adagio* XX. *vt* Æſchylum *Tragicum atque* Ariſtarchum *Criticorum Principem* de Prouerbiis *teſtem laudat Cent.* XI. *Adag.* II. *In iiſdemq. Collectaneis ſæpiùs reperitur* Demon *Prouerbiorum auctor. Nam* Κλεαρέτου, *quem Theocriti Græcus non admodum vetus Interpres nominat ad illud Idyllij quinti, verſ.* 21. ἀλλὰ ἰὼν, *vereor ne corruptum ſit nomen è* Clearcho, *vel potiùs* Cleanthe. Didymum & Tarrhæum *Paræmiographos legit ac deſcripſit, vt teſtatur* Ἐπιγραφὴ *Zenobius noſter, meminitque Ioan. Tzetzes Chiliade* VIII. *Helladius denique ἐκ Χρηστομαθίας apud Photium Bibliothecæ pag. Gall. editionis* 1579. Δίδυμος δὲ περὶ Παροιμιῶν διηγήσεις βιβλία συνετάξατο, καὶ περὶ τῶν περὶ Παροιμιῶν συντεταχότων διηγήσεις ἀνατρέψας. *vt tredecim ſcripſiſſe libros Paræmiarum Didymum hinc pareat. De Ariſtophanis autem* Ἀτταικοστὰ τῶν ἀμίξων *Adagiorum ſuprà iam ad Euſebij locum diximus. Latini verò, ſeriùs tamen, id argumentum tentarunt veriùs, quàm tractarunt.* L. Appuleij *enim Madaurenſis, philoſophi Platonici, librum* De Prouerbiis *ſecundum citat Cariſius Soſipater, lib.* II. *Gramm. quos Cariſij libros, longè quàm hactenus editi ſunt, meliores, locupletioreſque Græcis vocibus penes me aſſeruo. Hactenus de amiſſis ſiue temporum iniuria, ſiue incuria maiorum,* Paroemiographis: *tranſeo ad eos qui in manibus quidem ſed perpaucorum, hoc eſt eruditorum hominum, verſantur, & nunc opera noſtra Latinè vtcumque redditi, Scholiiſque prodeunt illuſtrati.* ZENOBIVM, *vt Hadriani Aug. teſte Suida, æqualem prima in acie collocaui; itaque nuncupo Suidæ eiuſdem ſecutus auctoritatem: ſic enim ille:* Ζηνόβιος σοφιστὴς, παιδαγωγήσας ἐν Ῥώμῃ τοῖς Ἀδριανοῦ Καίσαρος, ἔγραψε διήγησιν Παροιμιῶν Διδύμου καὶ Ταρρίωνος, ἐν βιβλίοις τρισί. *Quem* ZENODOTVM *plerumque, variùs* ZENOBIVM *Deſiderius Chiliaſtes nominat, Ariſtophanis, opinor, veterem ſecutus enarratorem,* ἐν Νεφέλαις, *vbi eadem ferè, quæ hoc in Scriptore, legantur. Certè Ammonius ſiue is, vt doctis placet, Herennius Philo eſt, dicit* ΟΤΔΕΝ, ZENODOTVM *reprehendi ait veterem Grammaticum, quem auctor Etymologici magni, Marcus fortè Muſurus,* ZENOBIVM *vocare videtur. Adhæc, quod dicendum fuit ſæpiùs, incertum eruditis eſt hominibus an ex*

Comici illius Scholiaſte Gr. pleraſque Adagiorum explanationes, vt alia ex aliis infinitis Auctoribus, Suidas deſumſerit; an contrà è Suida κ) πόθεν mutuatus Scholiaſtes videatur:

Sic Critici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt.

Conuerterat autem Zenobium *Gilb. Cognatus, Sequanus, aſſecla Eraſmi; quod primùm ex Ludouico Nonio Medico inſigni, cùm iam ipſe vertiſſem, cognoui. Quo inſpecto, oleum & operam, niſi me amo, minimè perdidiſſe deprehendi. Excipit hunc* Diogenianvs *Heracleotes, cuius hactenus ἀνεκδότου duplex calamo exaratum exemplar, inueſtigando, vt ſit, ſum conſecutus: vnum è Palatina Bibliotheca docti viri beneficio; alterum à Pet. Pantino Decano, heu, natali* Christi *Domini an.* CIↃ. IↃC. XI. *terris denato, cælis autem renato, & immaturo nobis fato ante diem erepto, dum* Apoſtolium Byzantium de Paroemiis, *duplo quàm Baſileæ typis Heruagij eius ſæculi* CIↃ. IↃ. XXXVIII. *exiit, auctiorem, me hortante maximè, emittere cogitat: ſed heredum, vt opto & ſpero, operâ, lucem poſtumus partus aſpiciet. Diogeniano autem Suidæ appendimus teſtimonium, locumque corruptum ſanauimus, vt pro* περὶ ποταμῶν (*quod iam anteceſſerat, putideque denuò inculcabatur*) *repoſuerim* περὶ Παροιμιῶν: *cui coniecturæ eruditi, qui rem propiùs inſpexerint, pollice vtroque fauebunt; obſeruabuntque Hiſtoriarum Suidæ interpretem non rectè ibi titulum vertiſſe:* Breuis deſcriptio & collectio. *Malim ego:* Compendio ſcripta Collectanea. *Hoc enim* συναγωγὴ *ſonat, habetque titulus:* Παροιμίαι δημώδεις ἐκ τῆς Διογενιανοῦ συναγωγῆς. *Huius Paræmias ſe ſublegiſſe fatetur* Heſychius *Lexici ſui proœmio, ſed copioſiùs paullò, quæ breuiùs è ἐπιτομῆ Diogenianus collegiſſet. Cuius quidem Heſychij loca è Diogeniano ferè deſcripta, excuſo iam illo, ne quid, Lector, deſiderares ampliùs, Suidæ Collectaneis Prouerbiorum, ſuo quæque loco Scholiis inſeruimus: quos conferre auctores, itemque Zenobium, Vaticanamque Appendicem, pretium operæ fuerit, &, quod dici ſolet, vna Mycono complecti omnia liceat. Diogenianum autem, ſed Perganenum, non Heracleotam iſtum, loquentem inducit Plutarchus Sympoſiacῶν lib.* VIII. *Sequitur Diogenianum* Vaticana Appendix, *lauta ſanè Centuriarum propè* IIII. *acceſſio, Scip. Cobellucij, Pontifici Max. à Secretis & Epiſtolis, ſingulari liberalitate. Quæ Prouerbia vidiſſe ex parte obſeruo Deſiderium: ſed ea cur Plutarcho, vt diximus, attribuat, nondum compertum. Habet enim illud è primi Regnorum libri cap.* X. Σαοὺλ ἐν προφήταις, *Centur.* III. *Adag.* 87. *quod Chriſtiani eſſe hominis, non Chæronenſis Philoſophi, clarum. Certè in cenſu operum Plutarchi neque Lamprias agnoſcit, nec*

nec quæ in manibus ſunt Opera, volam aut veſtigium præ ſe ferunt.

De Svidae Collectaneis, *ad ea quæ ibi præfatus ſum, illud breui teſtandum, correxiſſe non rarò interpretis σφάλματα, & Ariſtophanis loca atque Heſychij diligenter adnotaſſe, dum quæ noua prodeat editio ſiue Iunij, ſiue Porti. Promiſerat enim vterque, nec dictis fides ſatis conſtitit. Scriptus enim Suidæ codex noſtræ Bibliothecæ, non optimæ eſt notæ, vetuſtus tamen. Quidquid tamen eſt præſtitum, æquus Lector συγγνώμῃ & πόθῳ dabit, bonique conſulet.*

Reſtabat Mich. Apoſtolius Byzantius *de Paræmiis, vt iam diximus, de quo eius filius epiſtola teſtatur ſcripſiſſe parentem Ἴωνιά, quaſi* Violis conſitum hortum *dicas, miſtis Græcorum Paræmiis, Gnomis, & Apophthegmatis vndique poſt Suidam collectis. Tale Anthologiæ opus eſt Athenæi Dipnoſophiſtarum, & Stobæi Sententiæ, aliique racematores Laërtius, Suidas, Photij Bibliotheca, &, nondum, quod ſciam, editus, Theodorus Logotheta. Æqualem fuiſſe Apoſtolium apparet familiaremque Gemiſti Plethonis Philoſophi, & Cardinalis Beſſarionis, Nicæni Patriarchæ, & æqualium. Cuius Michaëlis philoſophica quædam idem Pantinus calamo exarata habebat, exſtatque eiuſdem Panegyricus ad Fridericum III. Imp. in Germanicarum rerum Tomis. Huius interea vicem, dum Apoſtolium heredes adornant, damus* Stromatea *Ioſ. Scaligeri, totidem à nobis verſibus redditis Metricis Prouerbiis, Notiſque aſperſis: & copioſo Græcorum Prouerbiorum Indice, quem in Chiliadibus hactenus deſideramus, addito. Adijcere item erat animus, ſi otij ſatis ſuppeditaſſet, Veterum* Oracula, *verſibus ferè edita, quod ex his nata eſſe plurima* Adagia *obſeruaſſem. Item ex Homero Prouerbia, atque è Poëtarum nartheciis, ſed ea Deſiderius ſelegit; vt ex vno Marone eius æqualis Barlandus. Poſt hos autem Græcos qui ſuperſunt, collegit Adagia iiſdem veſtigiis inſiſtendo* Deſiderius, *primùm anno eius ſæculi, vt teſtatur, quingenteſimo ſupra milleſimum. Quo anno magnus ille Chriſtiani orbis Sol, Carolus V. Auguſtus, æternâ dum poſteri exſiſtent, ob prælia Dei fortiter pugnata, dignus memoriâ, auram primùm hauſit vitalem. Quod opus indies lambendo vrſarum more, decies ampliùs edolauit, vt in Chiliades excreuerit: inſcriptumque poſteà Paullo Manutio Aldi maioris F. Mureti, vt dixi, ingratiis, quòd non ſatis perpurgarit. Erit fortaſſe qui falcem in eam meſſem mittat feliciùs. Eadem ferè tempeſtate exiit &* Polydorus Virgilius, & Cælius Rhodiginus *in Antiquis Lectionibus: pòſt etiam ſpicas legit, ac racemos à præceptoris vindemia Gilb. Cognatus. Hinc Melchior Neipius & Guil. Gentius Belgæ. Feliciùs tamen ac doctiùs*

H. Iu-

H Iunius, itemque Io. Alexander Brassicanus, & Vlpius Frisius, Graecę doctissimi. Denique è Criticorum scriptis, Turnebi, Mureti, Canteri, & Hartungi, Victor Giselinus cum delectu selegit, & Christoph. Plantini Typographorum coryphaei typis euulgauit. Nam Petrus Godefredus, Polydorus, ac Drusus, sacra potiùs legunt Adagia, quàm externa. Mitto nunc cohortem litteratorum, qui Erasmi Chiliadas, cùm in tenuiorum, tum eorum gratiam qui otio destituuntur, ἐν ἐπιτομῇ concinnarunt. Barlandus quidem Centuriarum ordine, & de Germanis Tappius, sed locis titulisque distinctis classibus; qua methodo Ios. Langius digerendo ceteros vicit Germanos. Subsecuti non longo interuallo qui popularia Adagia selegere, Belgica quidem Tacitus Zegerus, Io. Sartorius & Seruilius; plures Gallica: Hiberica, Fredenandus Nonius Pintianus, & cum Scholiis Mallara, Hispalensis. Omnium verò circumcircà nationum Prouerbia, *Italica, Hispanica, Gallica, Germanica, Belgica, ac Britannica Io. Gruterus cum Gnomis Graecolatinis à se explicatis duplici fasce nuper colligauit: nihil vt hoc in genere desiderare possis. Numquid ampliùs? Orare me atque obtestari Typographos, si fortè hic noster labor, aut certè conatus, non vsquequaque doctis hominibus displiceat, dum spiro viuoque, hanc* Prouerbiorum Graecorum *siluam me inscio, multis operarum mendis refertam extrudere ne audeant, sed nisi monito priùs, vt par est, auctore superstite, si quid fortè, vt dies diem docet, commentando obseruandoque addendum, demendum, mutandúmve videatur: secùs atque in Gallia nuper in Photij nostri Bibliotheca factum doleo. Poterat enim lauta à nobis tempori submitti accessio, in tanta librorum, quos legerat Photius, & nondum exierunt, copia. Hoc te scire, Lector erudite, interesse tuâ meâque existimabam: nunc ad Graecos ξὺν θεῷ accedamus.*

APPRO-

APPROBATIO.

HÆC *Prouerbia siue Adagia Graecorum*, è Zenobio seu Zenodoto, Diogeniano, & Suidæ Collectaneis, Latinè reddita & explicata à R. Patre *Andrea Schotto*, Antuerpiano, Societatis IESV Presbytero, multum splendoris adferent studiosæ iuuentuti; & quia nihil habent quod nostram religionem offendat, iure imprimi possunt. Quod scripsi XII. Ian. an. M. DC. XI.

Egbertus Spitholdius S. T. L. Canonicus, & Plebanus Antuerpiensis, librorum Censor.

FRANCISCVS FLERONTINVS Præpositus Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Belgica, potestate ad id mihi facta ab admodum R. P. N. Præposito Generali *Claudio Aquauiua*, facultatem concedo, vt *Prouerbia seu Adagia* Græcorum è Diogeniano & Zenobio seu Zenodoto & Suidæ Collectaneis, Latinitate donata, & Scholiis explanata à P. Andrea Schotto, Antuerpiano, Societatis nostræ Sacerdote, & eiusdem Societatis eruditorum hominum iudicio examinata & approbata, typis excudantur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas dedimus Bruxellis XV. Ianuarij M. DC. XI.

Franciscus Flerontinus.

SVMMA PRIVILEGII.

ALBERTI & ISABELLÆ CLARÆ EVGENIÆ, Archiducum Auſtriæ, Ducum Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Priuilegio cautum eſt; ne quis *Adagia ſiue Prouerbia Græcorum ex Zenobio ſeu Zenodoto, Diogeniano, & Suidæ Collectaneis, partim edita nunc primùm, partim Latinè reddita, Scholiiſq; parallelis illuſtrata ab Andrea Schotto Antuerpiano Societatis* IESV *Presbytero*, præter Martinæ Plantinæ viduæ, & Balthaſaris & Ioannis filiorum Ioannis Moreti p. m. voluntatem, intra ſexennium excudat, aut alibi terrarum excuſa, in has Inferioris Germaniæ ditiones importet, venaliáve habeat. Qui ſecùs faxit, confiſcatione librorum, & alia graui pœna mulctabitur, vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ, xv. Ian. M. DC. XI.

Signat.

Buſchere.

ΠΑΡΟΙΜΙΑΙ ΖΗΝΟΒΙΟΥ ΕΚ ΤΩΝ ΤΑΡΡΑΙΟΥ ΚΑΙ ΔΙΔΥΜΟΥ.

PROVERBIA ZENOBII EX TARRHÆO AC DIDYMO.

1. ΑΒΥΔΗΝΟΝ ἔπαγμα.] Ἐπὶ τῶν ἀνιάτων τούτων ἡ παροιμία. λέγονται δὲ ἐκεῖσε Εὐδόξου ἐν Ὑποβολιμαίῳ. φασὶ δὲ ὅτι τοῖς Ἀβυδηνοῖς ἔθος ἦν μετὰ τὸ δεῖπνον καὶ τὰς σπονδὰς ἀποτάττειν τοὺς παῖδας μετὰ τῶν τιθηνῶν τοῖς διαχρωμένοις, καὶ παραγίνεσθαι δὲ τὰν παίδων καὶ θορύβου γινομένου ἀφ' ὧν τὰς τίτθας, ἀναλίσκειν πολλὰ τοῖς θαλυσίοις. εἶτα δὲ ἡ παροιμία καθ' ὅσα τῶν ὑπ' αὐτῶν συνοφαντουμένων τοὺς ξένους. ἔνθα Ἀριστοφάνης ὁ συνοφάντου Ἀβυδηνικώτερον εἶπεν.

1. ABYDENA illatio.] De molestis rebus adhiberi solitum Prouerbium: cuius Eudoxus in Hypobolimæo meminit. Abydenis enim morem fuisse ferunt, vt post cœnam ac libationes infantes cũ nutricibus ad conuiuantes adducerent. Quibus cum clamore plorantibus, tumultuq; à nutricibus excitato, molestiam magnã accumbentibus creari solitam. Dicitur & inde Prouerbium, quòd ab iis solent hospites calumniis appeti. Hinc Aristophanes sycophantam nominat Ἀβυδηνικώτερον.

2. Ἀγαθωνία ᾠδὴ αὔλησις.] Ἡ μαλακὴ, καὶ μήτε σκληρὰ, μήτε χαλαρὰ, ἀλλ' εὔκρατος καὶ ἡδίστη. εἶτα δὲ ἀπὸ Ἀγάθωνος αὐλητοῦ, ὃς ἔτι μαλακὸν ἐπεκόμησε τὸν.

2. Agathonia cantio.] De molli & non acerba, neque dissoluta, sed temperata maximeque iucunda. Ductum ab Agathone tibicine, cuius etiam molliciem Comici traduxerunt.

3. Cili-

SCHOLIA.

2. Ἐπιδόρπια.] Sic Athenæus libro XIV. emendante Paulo Leopardo Belga, homine doctissimo, libro XVI. Emendat. cap. III. Stephanus περὶ πόλεων, Diogenianus, Suidas, & Apostolius, pro bellariis aut fercula, etsi *aulæarium* vertit Suidæ interpres, Hesychius ἐπιδόρπια pro acclamatione. Mihi illatio magis placuit: quòd *inferri in mensam* dici solita fercula, vt & in sepulcrum suum alienúmve, vt est in Pauli I. C. sententiis, & Vlp. l. x. De relig. & sumpt. fun. & l. III. De sep. violandis. Erasmus è Suida de coronis & vnguentis addit. Quæ verò ex Aristoph. Zenobius, ex iis aliud Prouerbium Apostolius cõcinnat, quasi *Abydenus* de sycophanta dicatur, cuius rei & noster meminit. Suidæ verò Κλοὰξ πόλις ἢ κλωσὶν ἐπιφορὰ de nugis arq; calũniatoribus.

2. Ampliùs hic antiquiss. codex Vatica-

3. Cilicon bona.] Exaudiendum habet. Proditor hic fuit Cilicion genere Milesius, qui, prodita Mileto, opulentus euasit.

4. Habronis vita.] In splendidè ac sumtuosè viuentes iactatur Prouerbium. Habron enim diues fuit, ac luxu diffluens. Fortè & ἀπὸ τοῦ ἁβροῦ, id est, molli ac delicato, nomen deductum.

5. Cercopum forū.] In improbos ac veteratores dictum. Cercopes enim fraudulēti quidā impostores, qui Iouem ipsum insidiis circumuenire conati sunt.

6. Agamemnonij putei.] De magnis operibus dicitur. Ferunt enim Agamemnonem in Aulide, passimque in Græcia, puteos fodisse.

7. Risus expers saxum.] De rebus quę dolorem conciliant, adhibetur.

3. Ἀγαθὰ Κιλίκιον.] Λείπει τὸ ἔχει. σπουδαῖος γὰρ γέγονεν οὗτος ὁ Κιλίκιων, Μιλήσιος τὸ γένος, ὃς σπουδοὺς Μίλητον ἐκαπόρισεν.

4. Ἅβρωνος βίος.] Ἐπὶ τῶν πολυτελῶν εἴρηται ἡ παροιμία. Ἅβρων γάρ τις ἐγένετο πλούσιος καὶ ἁβροδίαιτος, διὸ καὶ ἀπὸ τοῦ ἁβροῦ τὸ ὄνομα γεγενῆσθαι.

5. Ἀγορὰ Κερκώπων.] Ἐπὶ τῶν πονηρῶν καὶ κακοήθων λέγεται. Κέρκωπες γὰρ ἀπατεῶνες ἦσαν τινες, ἐξαπατῆσαι θέλοντες τὸν Δία βουλόμενοι.

6. Ἀγαμεμνόνεια φρέατα.] Ἐπὶ τῶν μεγάλων ἔργων. Ἱστοροῦσι γὰρ τὸν Ἀγαμέμνονα ἐν τῇ Αὐλίδι, ἐν πολλαχοῦ τῆς Ἑλλάδος, φρέατα ὀρύξαι.

7. Ἄγελαστος πέτρα.] Ἐπὶ τῶν λύπαις ἀνεζέστοις ἀεὶ συνεχομένων εἴρηται. ἔστι δὲ ἡ πέ-

nus præfert: ἢ μᾶλλον ἐκ ἰσχνογνώμων, ἢ ἡμέτερα χαλκᾶ, μᾶλλον πυρά. itemque Mich. Apostolius typis quidem euulgatus. Diogenianus pro μᾶλλον ἐκ χαλκᾶ vitiosè habet, μᾶλλον καὶ χλωρά. Agathon verò auloedus ille est, quē in Thesmophoriis Aristophanes proscindit, & fortasse quem Plato ob epinicium in Tragicorum certamine celebrat. Vide Hesychium.

3. Κιλίκιον.] Mirè variant Paræmiographi. Suidas, vt noster, ἀγαθὰ Κιλίκιον. additque: κλίνει, ἔχει. gignendi casu, noster nominandi. Mox tamen, ἡ Κιλίκιον inflectit. Diogenianus Cilicem facit. πρόδηλος γάρ, inquit, ἐστὶ Κιλίκιων. Aristophanes verò ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς, ἡ Κιλίκιον (quomodo & Erasmus scribit) & Cilicontis ibidem commemorat exitium Scholiastes.

4. *Habron* hic, κύριον ὄνομα, Argiuus fuit Suidæ, qui à mollitie sic dictus: & ab illo *Habronis vita*. & Apostolium editum video hîc legisse ἅβρων ἢ ἁβρόβιος τις, & Suidam ἁβρο-

nius. Fuit & *Habron* alter Sophista, ac Lycurgi Oratoris F. De quo in claris apud Senecam Rhetoribus disseruimus. Porrò Diogenianus similia addit; *Sunt mensæ, & Sybaritica vita.*

5. Ampliùs hîc codex Vatic. Diogenianus, Suidas & Apostolius: ἐλέγοντο δὲ Ἔφεσοι, οἵτινες ἐξαπατῶσι τὸν Δία πειράζοντες. *Fuerunt Ephesi, qui fallere Iouem tentarūt.* Simile etiam notat Diogenianus, κοινὸν λοιδόρημα, ἢ Κρίσιόν ἐστιν. Pulcer est Synesij Episcopi locus Epist. 61. ad Pylæmenem: Ἐτέρους δ' ἐν τῷ πανταχοῦ τὸ ἐφ' ἑαυτοῖς ἐκφεύγειν, μὴ πάντα μιγνύντα καὶ θεῖα καὶ ἀνθρώπινα δίκαια, καὶ κίνησιν ἀπ' ἐλαχίστου ἡρούμενον. *Alia ratione in foro vestro diiudicare non licet, nisi cuncta & diuina & humana inter se confundas, & pro ingenuo veterator euadas.* Plura Had. Iunius, Centuria VII. Adag. 38.

6. De liberis dici hominibus Apostolius ait. Meminit & Hesychius.

7. Fabulam Ceteris refert Apollodorus libro I. Biblioth. Pausanias in Atticis, Orpheus,

τρα αὕτη ἐστὶ τῇ Ἀττικῇ, ἐφ' ἧς ἐκαθέσθη ἡ Δημήτηρ, ὅτε τὴν κόρην ἐζήτει ἐφεξῆς δὲ Πίρασσόν τινα ὁ Πλούτων ἥρπασεν αὐτῆς κούρην. Δημήτηρ δὲ καὶ λαμπάδων νυκτός τε καὶ ἡμέρας καὶ πᾶσαν τὴν γῆν ζητοῦσα ἐπεκήρυττε. μαθοῦσα δὲ παρ' Ἐρμιονέων ὅτι Πλούτων αὐτὴν ἥρπασεν, ὀργιζομένη θεοῖς, κατέλιπεν ἐκεῖθεν, καὶ εἰσελθοῦσα γυναικεῖον εἰς Ἐλευσῖνα· ἔνθα δὴ πέτραν ἐκάθισεν, ἥ ἀπ' ἐκείνης ἐκλήθη· Ἀγέλαστος.

8. Ἀγρίου θήρατρας.] Οἱονεὶ ζῴου ἀγρίου. εἰώθασι δὲ οἱ θηρατρόντες, χαίρειν ἅδειν.

9. Ἀγαθὸν θάλασσα.] Ἐπὶ πλήθους ἀγαθῶν εἴρηται.

10. Ἀγαθὸν σωρός.] Ἐπὶ πολλῶν δὲ αἰσχρῶν εἴρηται.

11. Ἀγαθῶν μυρμηκιά.] Ἐπὶ πλήθους εὐδαιμονίας.

12. Ἀγαθὴ καὶ μάζα μετ' ἄρτον.] Ἐπὶ τῶν τὰ δεύτερα καὶ δεύτερον διδόντων.

Saxum hoc in Attica erat, cui insedit Ceres, filiam Proserpinam inuestigans: quam amore captus Pluto clàm rapuit. Ceres itaque cum facibus die noctuque orbem terrarū quęrendo lustrauit. Cognito verò ab Hermionensibus raptam à Plutone filiam, Dijs indignata, cælum reliquit, ac femineo habitu Eleusinem peruenit; vnde lapidi cui insedit, nomen ex ea Ἀγελάστῳ datum.

8. Ferinam gustasti.] Hoc est, ex animali fero comedisti. Ferina autem carne qui vescuntur, oscitari solent.

9. Bonorum pelagus.] De rerum bonarum abundantia dicitur.

10. Bonorum cumulus.] Vsurpatur de ingenti felicitate.

11. Bonorum myrmecia.] De immensa rerum prosperitate.

12. Bona etiam maza post panem.] De iis qui deteriora ac secundo tantùm duceuda loco donant.

13. Agi-

pheus, & Proclus noster in Chrestomathia de Poëtica, vbi plura annotare memini ex Arnobio, Clemente Alexandrino, de Bauciano. Proserpinæ raptus è Claudiano, aliisq; notus. Vide inf. Prouerb. ἡ Κυρία ἀζυγίαν κατέλαβεν. Ἀγέλαστος.] Ἀγέλαστοι dicti Socrates à Plinio, Pericles ab Aristotele, M. Crassus à Lucilio apud Cic. & Philippus Aug. apud Victorem. Cetertùm Vatic. hîc cod. vt aliàs, ordinem sic inuertit: ἀπὸ τῶν ἐπὶ τῆς Ἀττικῆς, ἐφ' ἧς ἐκαθέδη ἡ Δημήτηρ, ὅτε τὴν κόρην ἐζήτει. εἶτα δὲ τὸ λύπαις ἀνεζέστοις συνεχομένων. Abest tamen hæc vox συνεχομένων à Diogeniano & Apostolio, neque hic necessaria. Hesychius quoque Prouerbij meminit.

8. Eadem, vt aliàs sæpè, ad verbum Hesychius continet.

11. De Formicarum aurum in India adseruantium agmine Mela Pomponius libro III. cap. VII. Plinius lib. XI. c. XXXI. & alij, quos Chiliastes Batauus suggeret: vt & simile illud Platonis lib. IX: de Rep. τὸ μέλι ἐδωδῆς ἡμῖν, & in Menone, ἀγαθὸν ἡμῖν, ducta hæc ab apibus, illa à formicis tralatione; de qua in Prouerb. Sapiens cap. VI. Ἴθι πρὸς τὸν μύρμηκα ὦ ἀνανδρε, &c. *Vade ad formicam, ô piger.* Addunt LXX. Interpretes, citatque in Epistola ad Rusticum & in tertium caput Ezechielis beatus Hieronymus: *ô mollium pectora virorum, quæ mihi videntur, & me ignoscite mihi, vel ad apem contende, & discite quam sit fidelis.* Hoc autem Adagium superiori adnectit Vatican. Ἄμεινον, inquit, λέγειν ἐπὶ τῶν δευτερείων.

12. Maza pane deteriore vtebantur serui ac rustici. Athen. lib. VI. Δευτέρου, Πεπόηται δὲ ἐκ τῆς μάζης πυρίδια χοιρείων καὶ λιπαρῶν. *Vice ejusmodi maza auro & ebore gratior.*

13. Agamẽnonis victima.] In duros, & quibus ægrè quid persuadeas. Sacrificáte enim ad Troiam Agamemnone bos effugit, & vix captus reductus est.

14. In lacrymas facilis probus est vir.] De iis vsurpatum, quos facilè aliorum miseret.

15. Rusticum ne contempseris Rhetorem.] Suadet Prouerbium, ne tenues fastidiamus.

16. Rubus siccus rigidissimus.] In duros, cõtumaces, ac morib⁹ prefractos.

17. Deus nullius indigẽs.] Prouerbiũ, Deũ rei nullius indigere significat.

18. Admeti nænia.] De cantione lugubri in Admetum cantari solita. Hic enim Pheræorum Rex fuit, cui Apollo mercede seruiit, hac de causa. Æsculapius Apollinis filius à Chirone medicinam edoctus, & à Minerua è Gorgonis venis fluentem sanguiné accipiens, multos ægros pristinæ restituit sanitati. Qui enim è sinistra vena profluebat sanguis, eo ad hominũ interitum; qui è dextra, ad salutem vtebatur. vnde quosdam in

13. Ἀγαμέμνονος θυτήρια.] Ἐπὶ τῶν δυσπειθῶν καὶ σκληρῶν. Ἀγαμέμνονος γὰρ θύοντος ἐν Τροίᾳ, ἔφυγεν ὁ βοῦς, καὶ μόλις ληφθεὶς ἤχθη.

14. Ἀγαθοὶ δ' ἀεὶ δάκρυσι ἄνδρες.] Ἐπὶ τῶν σφόδρα πρὸς ἕλεον μεθέντων.

15. Ἀγροῖκον μὴ καταφρόνει Ῥήτορος.] Ὅτι μηδὲ τῶν ἀπλῶν χρὴ καταφρονεῖν, ἀλλὰ πανταχοῦ παιδεύειν.

16. Ἀγκαυχέστατος βάτος αὖος.] Ἐπὶ τῶν σκληρῶν καὶ ἀμαθέστερον ἐχόντων.

17. Ἀνενδεὴς ὁ Θεός.] Παροιμία παρ' ὅσον ἀνδρὸς ὄντος θεὸς ὁ Θεός.

18. Ἀδμήτου μέλος.] Τὸ εἰς Ἄδμητον μέλος ἀδόμενον πανδήμου. οὗτος δὲ ὁ Ἄδμητος βασιλεὺς ἦν τῶν Φερῶν, ὃν φησιν Ἀπόλλωνα ἐθητεῦσαι δι' αἰτίαν τοιάνδε. Ἀσκληπιὸν ὁ Ἀπόλλωνος παῖς παρὰ Χείρωνος τοῦ Ἱππόκενταυρος παιδευθεὶς, καὶ παρὰ Ἀθηνᾶς λαβὼν τὸ ἐκ τῶν φλεβῶν τῆς Γοργόνος ῥεῦν αἷμα, δι' αὐτοῦ πολλοὺς ἰάσατο. τοῦ μὲν γὰρ ἐκ τῶν ἀριστερῶν φλεβῶν ῥέοντος πρὸς φθορὰν ἀνθρώπων ἐχρῆτο· τοῦ δ' ἐκ τῶν δεξιῶν, πρὸς σωτηρίαν. ὅθεν καί τινας τεθνεῶτας ἀναστῆσαι μυθεύεται, διὸ καὶ τὸ μὲν δόξαν τοῦτο παρ' ἀνθρώποις ἦν Διὸς, ὁ Ζεὺς ἀπεφαίνετο. Ἀπόλλων δὲ ὀργισθεὶς κτείνει Κύκλωπας τοὺς τὰς κεραυνὸν κατασκευάσαντας τῷ Διΐ. Ζεὺς δὲ ἠμύνετο ῥίπτειν αὐτὸν εἰς Τάρταρον, ἀλλὰ δι' ἱκεσίαν Λητοῦς ἐκώλυσεν αὐτῷ ἐνιαυτὸν ἀνδρὶ θητεῦσαι. ὁ δὲ ἀφικνούμενος εἰς Φεράς εἰς Ἄδμητον, τούτῳ λαβεῖν ἐπέτρεψε, καὶ τὰς θηλείας βοῦς πάσας δίδυμα τίκτειν ἐποίησε. φιλοξενηθεὶς δὲ τὰ μέγιστα παρ' αὐτοῦ, ἠτήσατο τὰς Μοίρας, ἵν' ὅταν ἐπιλάθηται τοῦ Ἀδμήτου θανεῖν, ἐνέσχον τοὺς ἀντὶ τούτου θάνασιν παρασκευάσαντας, τὸν Ἄδμητον δεῖ τῷ ὑπάτου δοτὸν λυθῆναι. οἷς δὲ ἦλθεν ἡ τῆ Θρόνου ἡμέρᾳ, μόνη τὰ παρ' ἐκείνης μέτρα ὑπὲρ ἀνδρὸς θελόντων. Ἄλκηστις ὑπεξεπίθετο ἡ τούτου γυνή. ἔκτοτε δὴ σκολιὰ καὶ πενθήρη πρὸς τὸν Ἄδμητον ᾖδοντο μέλη, μέχρις ἂν ἡ Κόρη ἀπέστειλεν Ἄλκηστιν. οἱ δὲ λέγουσιν ὅτι Ἡρακλῆς πρὸς αὐτὸν ἀνακόμισε μαχησάμενος Ἄιδῃ.

19. Ἄιδειν πρὸς μυρρίνην.] Ἔθος ἦν ἢ μὰ δαφνίδιον ἐν ταῖς συμποσίοις ᾄδειν, ᾄδοντας κλάδον ἢ μυρρίνης λαβόντα πρὸς τοῦτον ᾄδειν.

vitam reuocasse fabulatum. Iupiter igitur hunc apud mortales pro Deo haberi minimè ferens fulmine percussit. Quare indignatus Apollo, Cyclopas, vt fulminis Iouis fabricatores occidit. Iupiter viciſſim in Tartarum detrudere destinabat Apollinem, sed Latona deprecante iussit annum integrũ hominis pecus pascere. Ille Pheras ad Admetum delatus, eidem inseruiens, pecus pauit, &, vaccæ omnes gemellos vt parerent, effecit. Liberaliter itaq; ab Admeto habitus, Parcas rogauit, vt, cùm Admeto fatalis vitæ terminus aduenisset, si quis pro ipso mori præoptasset, à morte liber euaderet. Fati ergo dies vbi aduenit, nec patre matréve mori pro ipso volentibus, Alcestis eius coniux vitam pro illo exponit. Hinc σκολιά, id est, obliqua ac lugubria Admeto accinebantur amissa coniuge carmina, donec Proserpina remisit Alcestidem: vt autem alij referunt, orco Hercules expugnato illam in lucem ad maritum reduxit.

19. Canere ad myrtum.] Mos erat, vt qui in conuiuiis canere non posset, accepto lauri vel myrti ramo, ad eum accineret.

20. Aqui-

13. Addit Diogenianus de Iphigenia filia, quam in Aulide immolare pater voluit: de qua nota Euripidis Tragœdia est, ab Erasmo feliciter Iambicis reddita.

15. Ἀγροῖκον μὴ.] Vatic. ἀνάδεικνυε ἡ παιδεύε, &c. Huc verò pertinet Ciceronis illud lib. 1. Offic. Christiano homine dignum: *Quò maior es, eò te geras submissiùs.*

16. Ἀγκαυχέστατος.] Ita legendum. Nam vitiosè Suidas, etiam calamo exaratus, quo vtor, ἀγκαυχέστατος, eiusque interpres Wolfius *impolitissimus* reddidit. Corruptè & Apostolius ἀγκαύλιος. Diogenianus non ἀνδρικὸς sed σκληρότατος sic legit, Ἀγκαυχέστατον ξύλον. Sic autem Orpheus θεὸν κλόνον, initio dixit: Ἀγκαυχὲς θεὸς, *Rigidum robur.* αὖος autem hic è Suida correximus.

17. Sumtum id è Sacris litteris Psal. 15. Εἶπα τῷ κυρίῳ, κύριός μου εἶ σύ, ὅτι τῶν ἀγαθῶν μου οὐ χρείαν ἔχεις. *Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non egeo.* Vtitur & M. Censorinus initio de die natali.

18. Admeti & Alcestidis fabula ex Euripide singulari Tragœdia *Alcestide* nota, interprete Georgio Buchanano Scoto. Plura etiam suppeditabit ἐν σχολῇ Aristophanis interpres, & Apostolius Prouerb. Κνέφαλος ἀῤῥωδία, vbi Palæphatum θεὸν ἀνίησιν, vt aliàs

aliàs frequenter, descripsit, & in Chiliadibus Ioan. Tzetzes. Porrò Prouerbium codex Vaticanus ita explanat: Ἐπὶ τῶν σκολιῶν. τοιοῦτον δὲ ἦν τὰ εἰς Ἄγαλλιν καὶ Ἄδμητον μέλη σκολιά. τινὲς δ' ἀπ' ἀντιφράσεως εὐφυῆ λέγουσιν, ἐπειδὴ καὶ ἀλυσίτελα, ἀσύμφορα. Δύο δ' ἦσαν μέλη εὐφυῆ λεγόμενα. *De fabulis, obliquo carmine. Talia quæ in Harmodij & Admeti laudem carmina accinebantur. Quidam per ἀντίφρασιν σκολιὰ dicta asserunt, quasi facilia, planeque versum, vt sunt Epigrammata. Hinc & de rebus facilibus ductum Prouerbium apponitur.*

Σκολιά.] De his Iulius Pollux, & Aristophanis interpres, ac pluribus nos ad Procli Chrestomathiam è Photij Bibliotheca disseruimus.

19. Totidem verbis Apostolius, nisi quòd vitiosè πρὸς μυρίνην habet. Falsa tamen narrat vterque. Nam in conuiuiis qui canerẽt, myrtum laurumve manu tenebant, vt è Di-

20. Aquilæ ſcarabæus obſtetricatur.] Prouerbium eſt. Oua enim aquilę canthari voluendo corrumpunt, quoniam ſcarabæos aquilæ colligunt.

Plutarch. Comment. de Muſica. Boëthius Seuerinus, Henr. Glareanus Helueticus, & Franc. Salinas Abbas Hiſpanus libros vii. de Muſica, quos Salmanticæ euulgatos legimus, è Latinis Græciſque ineditis, Ptolemæi, Philoxeni & Quinctiliani Briennij libris. Verùm hæc & ſequentia 2. & 13. adphraſium potiùs quàm Adagiorum ſegetem pertinere videantur, etſi his adnumeret etiam Diogenianus.

3. Heſiodi verſus lib. 1. Ἔργων καὶ ἡμερῶν.
Stulti quos latet, vt tuo plus dimidiatum.
Abhibet frequenter Plato lib. iii. v. & vi. de Legib. Plutarch. in Apophthegmatis Darij, & Laërtius in Pittaco, & Deſiderius Chiliaſtes.

4. Suidas hìc: qui & Ariſtophanis illud laudat, nimirum ex Acharnenſibus:
Ὄφελ' ἐξ ὄνου, ἀντ' ἐμοῦ, παιδάριον βλίτυς.
Hoccine, per Deos, quidam oluiſſe olaſicum.
Huc pertinent: *Tornum tueri*, & Maronis illud: — *obliqua tuentibus hircis.*
Quidam Νεύφερτον etiam legi adſcripſerat.

7. Deſumtum ex illo Euripidis in Melanippo apud Stobæum:
Παισὶν μὲν ἔργα, βουλαὶ δ' ἐμοὶ πατρὶ μέλουσιν,
Βουλαὶ δ' ἔγωγε τῶν γεραιτέρων κρείσσω.
Et Heſiodo illud ab Hyperide adſcriptum:
Ἔργα νέοις, βουλαὶ δὲ μέσοις, ἐπέεσσι δὲ γέρουσιν.
etſi Strabo lib. xv. Geogr. legit πρέπει δὲ γέρουσιν. Vide ad Zenob. Cent. 1. Adag. 82. Ἄμμε πρὸ ἄμμε. & Plutar. Comment. *An ſeni gerenda Reſp.* & Eraſmũ, *Senum conſilia.*

10. De re impoſſibili quidam hoc acceperunt. Ariſtoph. *in formam* parodiam citat: Νοῦς δὲ τοῖς Ῥωμαίοις. *Mens comis non ineſt.* Etſi Suidæ interpres Germanus legit κόμμασι ὑμῶν, vertitque *pegis veſtris.* Eraſmus ad comas retulit. Tu lege Had. Iunij De Coma eruditum Commentarium.

13. Scho-

11. Νῦν δὲ θεοὶ μάκαρες.] Ἐπὶ τῶν ἀξίως ἂν ἐπλημμέλησαν ὑπὸ τ θείου τιμωρουμένων.

12. Νὺξ ὑγρά.] Τινὲς δὲ ἀντὶ τοῦ, ὑγρὰ, χαλεπὴ φασιν.

O.

13. Ὁ Διὸς Κόρινθος. καὶ, Παῖ τὸν Διὸς Κόρινθον.] Ἐπὶ τῶν πολλάκις ἀναπυλεσιωτῶν. Κορίνθιοι γὰρ δίκαι τινὸς διαπολογίας τὸ μὴ φέρειν Μεγαρέων οὐδὲν δίκαιον ἐχόντων εἰπεῖν, μόνον τοῦτο, Οὐκ οἴκ ἀνέξεται ὁ Διὸς Κόρινθος, πολλάκις λεγόντων, οἱ Μεγαρεῖς ἀπεκρίναντο, Παῖε, παῖε τὸν Διὸς Κόρινθον. ὅθεν ἡ παροιμία.

14. Οὐδὲν ἦν ἄρα πλὴν ὁ χρυσός.] Αἴτιον ἀρχὴ ἔχει σκολιοῦ. ἀναπυθέσθαι δὲ αὐτὸ Πυθέρμωνι.

15. Ὀλέθου πίεσα τ' ἐρέπλαι.] Ἐπιδεδεμένη καὶ ἐζευγμένη.

16. Ὄμπνιος χείρ.] Πλουσία καὶ ἀπλουσία.

17. Ὄνος Ἀντρώνιος.] Παρόσον καὶ περὶ Ἄντρωνα τὴν Θετταλίας ὄνοι μεγάλοι.

18. Ὄνος ἄγει μυστήρια.] Τοῖς μυστηρίοις ἐξ ἄστεως εἰς Ἐλευσῖνα ἐπόμπευον τὰ θεῖα σκεύη ὄνοι. ὅθεν ἡ παροιμία.

11. Nunc dij beati.] In eos qui pro meritis à diuino numine caſtigantur.

12. Nox humida.] Quidam pro humida, difficilem vſurpant.

O.

13. Iovis filius Corinthus. &, Feri Iouis F. Corinthum.] In eadem ſæpè iterantes. Corinthij cùm in cauſæ cuiuſdam cum Megarenſibus diſceptatione nihil æqui, quod allegarent, adferrent, illudque identidem repeterent: *Non feret Iouis Corinthus*: exceperunt Megarenſes, *Feri, feri Iouis Corinthum.* Inde natũ Prouerbium.

14. Nihil aderat niſi aurum.] Principium erat ſcolij carminis, quod Pythermini attribuunt.

15. Perniciei termini connexi ſunt.] Hoc eſt, reuincti ac colligati.

16. Cerealis manus.] Pro diuite & opulenta.

17. Aſinus Antronius.] Antrone Theſſaliæ opido ingentes erant aſini.

18. Aſinus portat myſteria.] Quę Athenis in Eleuſina opus erat ad ſacra perferri, ea aſinis deuehebant, indeque vſu tritum Prouerbium.

19. Aſini

13. Scholiaſtes Nemeorum Pindari duplicem habet fabulam: quarum hęc de Corinthio vna: altera de Alete: cui affine & ſuprà Prouerb. in Zenobio, Δίκῃ καὶ βώλῳ ἀλήτης. *Accipe & glebam erro.* Adhibet autem in Euthydemo Plato, Plutarchus aduerſus Stoicos Commentario; Philoſtratus in Antipatro, qui Seuero Aug. ab Epiſtolis; Ariſtophanes in Ranis, & Concionatricibus, apud Eraſmum Chiliaſten. Affine verò illud: *Crambe bis cocta.* Et altero ſenſu: *Gallina filius alba.* ſimiliaque.

14. Adfert & Diogenianus, non explicat tamen, neque vſum oſtendit: vt ſequens Prouerbium 15. aliter paulò exponit Centur. vi. Adagio 96.

16. Ceres Ὄμπνια cognomento apud Heſychium, & Nicandri Græcum interpretem, ἀπὸ τ ὄμπνου, *ab alimento.*

17. Steph. Byzantius: Ἄντρων, πόλις Θετταλίας. Ἐλαφίζουσι δὲ χρῶντο Ἀγχιάλου Ἀντρώνα. ἀπὸ πολίτου Ἀντρώνος. ἐξ οὗ καὶ παροιμία, Ἀντρώνιος ὄνος.

19. Asini maxilla.] In voracem. Est & in Laconica hoc nomine locus.

20. Asini vmbra.] Conduxit quidam Delphos cogitans asellum. Cumque ingens esset solis ardor, sub eius vmbra per viam qui conduxerat delitescebat. Repugnans verò asini dominus: Asinum, inquit, tibi non vmbram locaui. Hinc ortum Adagium, in eos adhiberi solitũ, qui de re nihili contendunt.

21. Acetum Sphettium.] Fortè quòd Sphettij acerbi essent. Est verò Atticæ vicus.

22. Ne in selinis quidem.] De iis qui ab extremo longiùs absunt. Prouerbium significat, negotij principium nondum haberi: vt neque qui hortum ingrediuntur, in selinis statim sunt.

23. Non conuiciabor.] Hoc est, linguæ conuicio proscindere nolo.

24. Serus ades, ast Colonon hinc te conferas.] Dictum in mercenarios. Qui enim seriùs ad opus venirent, eos ad mercenariorum locum remittebant, qui locus Κολωνὸς dictus.

19. Ὄνου γνάθος.] Εἰς πολυφάγον. ἔστι δὲ καὶ τόπος ἐν Λακεδαίμονι.

20. Ὄνου σκιά.] Ἐμισθώσατό τις ὄνον ἀπιὼν εἰς Δελφούς. καὶ ὡς καῦμα κατέτυχεν, ὑπὸ τὴν σκιὰν τοῦ ὄνου κατέδυ ὁ μισθώσας αὐτόν. ὁ δὲ ὄνου δεσπότης ἐμάχετο αὐτῷ λέγων, Ὅτι τὸν ὄνον σοι ἐμισθωσάμην, οὐχὶ καὶ τὴν σκιὰν αὐτοῦ. ἐπὶ τῶν ἐπὶ σμικροῖς φιλονεικούντων.

21. Ὄξος Σφήττιον.] Ὅτι ὀξεῖς ἦσαν. εἰσὶ δὲ δῆμος τῆς Ἀττικῆς.

22. Οὐδ' ἐν σελίνοις.] Ἐπὶ τοῦ μακρὰν τοῦ τέλους ἀπεχόντων. βούλεται δὲ ἡ παροιμία λέγειν ὅτι οὐδ' ἀρχήν ἐσμεν τοῦ πράγματος· καθάπερ οὐδὲ οἱ εἰς τοὺς κήπους εἰσιόντες ἐν τοῖς σελίνοις εἰσὶν ἤδη.

23. Οὐκ ὀνειλοιδορήσομαι.] Οὐ βλασφημήσω.

24. Ὄψ' ἦλθες, ἀλλ' εἰς τὸν Κολωνὸν ἴθι.] Ἐπὶ τῶν μισθωτῶν ἔλεγον. τοὺς γὰρ ὕστερον ἐλθόντας ὀψέ, ἀπέλυον πάλιν ὅθεν τὸ μισθωτήριον· τὸν δὲ λοιὸν ὁ Κολωνός.

25. Οὐδὲν

10. Fabulam de duobus viatoribus Demosthenes orationi interserens antetos habuit auditores, qui seriis non perinde caperentur, test: Plutarcho. Geminam est poëtæ illud:

Graium stici certant de lana sæpè caprina.

Et Valerij Martialis:

——— *Lis est mihi de tribus capellis.*

21. De acido & acerbo aceto vsurpatum. Stephanus, & Aristoph. Scholia *in ἱππεῦσι*, pag. 132. Σφήττιος, δῆμος Λεοντίδος φυλῆς, ἀπὸ Σφήττου τοῦ Τρωζῆνος καὶ ἱστ. ὁ δημότης Σφήττιος. Et in Pluto pag. 75. Σφηττίῳ τῷ δημοτικῷ, καὶ δίκαιον. περὶ γὰρ τὸν Σφῆττα ἡ τοιαύτη ἐστὶ πικρία. δηλοῖ γὰρ ἡ ἐπὶ δημοῦ ἔξοδος ἀμέτρως. Tertullianus ingenio

22. Michaël Apostolius ita: Ἐπὶ δὲ τῆς μὴ ἔχειν ἀκρωτήριον. & mox eadem quæ hoc loco. Suidas autem paulò disertiùs: Extremitates, inquit, quæ *ἀκρωτήρια* Græcis, quasi hortorum vestibula, dicuntur, selino & ruta conserebant.

24. Senarius est, etiam in Græco: quem & Suidas explanat, & Desiderius: qui & alibi, *Vemisti serò*, vt Prouerbiale attulit è Plutarchi Commentario quo differit, An seni

25. Οὐδὲν τοῦ Ἴωρου.] Οὕτω τοὺς φυλακὰς ἐκάλουν Ἀθηναῖοι· καὶ ὁ νόμος ὁ παρ' αὐτοῖς, ἐν τῇ Ἴωρου ἐκείλοσιν εἶναι τοὺς ἀνδροφόνους. τοιοῦτος τοῦ τόπου ἐν ᾧ αἱ φυλακτήριαι ἦσαν. ἔστι τοίνυν τῷ ἀπειλοῦντι καὶ σοβαρολογουμένῳ ἡ παροιμία.

26. Οἷς ἢ μάχαιραν.] Ἐπὶ τῶν ἀλυσιτελῶς πράγματα χεμούντων. λέγεται γὰρ ὅτι κτείνασα ἡ Μήδεια τοὺς ἑαυτῆς παῖδας, καὶ καταρύξασα ἔνδοθεν τὸ ἱερὸν τῆς Ἥρας τὸ ξίφος, μετεχώρησεν εἰς Ἀθήνας. μέλλοντα δὲ θυσίαν μεγάλην ποιεῖσθαι τῶν Ἀθηναίων, ὧν τοῖς παισὶ πάλαι ἐπεβούλευσε τὸ ξίφος ἐξανέσχεν, μεθ' ἃ καὶ ἐτύθη.

27. Ὁ Καρπάθιος τὸν λαγών.] Ἐπὶ τῶν καθ' ἑαυτοὺς τι ἀφεξάντων. Καρπάθιοι γὰρ λαγωοὺς ἐν τῇ νήσῳ μὴ ὄντας κομίσαντες, πολλῶν χαμεύντων, πολλοὺς ἐπειράθησαν τῆς ὑπ' αὐτοῖς βλάβης. ὅθεν ἡ παροιμία.

28. Οὔτε τὰ ξίφη τῆς Στησιχόρου γωνίσκης.] Ἐπὶ τῶν ἀπαιδεύτων καὶ ἀμούσων εἴρηται. ἐπαιδεύθησαν γὰρ ὑπὸ ἀντιστρόφου δύο Λυρικοὶ ὁ τε ἴαμβος καὶ ἐπῳδός.

29. Οὐδ' ἐγγὺς ἱππικοῦ δρόμου.] Ἐπὶ τῶν μεγάλα ἐπαγγελλομένων, μηδὲν δὲ ποιούντων.

25. Nihil Iori.] Sic Athenienses custodes nominabant: quibus & lex erat, vt homicidæ Ioro abessent. hoc est, eo loco vbi excubiæ collocabantur. In comminantes itaque atque elatos iactatum Prouerbium.

26. Quis gladium.] In eos qui suis malè consulunt rebus. Medeam enim ferunt suos occidisse liberos, & in Iunonis delubro defosso gladio Athenas reuersam. Post cùm res esset diuina peragenda, pedibus ouis terram scalpens, cultrum detexit, quo & immolata est.

27. Carpathius leporem] In eos qui suo sibi malo quid moliuntur. Carpathij enim lepores in insulam, cùm iis carerent, importantes, multis iam enatis, magnam calamitatem senserunt. Hinc ortum Prouerbium.

28. Ne tria quidem Stesichori.] Dictum in illitteratos & imperitos. Nam duplicem *ἀντίστροφον* accinebant Lyrici, & vnam Epodon.

29. Ne iuxta equestrem cursum.] In promittentes magna, præstantes verò nihil.

seni Reipubl. gerenda. Κολωνὸς autem locus editior, collis, tumulus, Suidæ, & Didymo in Hom. Odyss. κ'. & Apollonio lib. 1. Argonaut. Templum quoque Neptuni decem fermè ab Athenis stadiis distitum: & Herodoto lib. IV. Musarum, *κολωνὸν λίθου, lapidum* sunt *acervi*.

25. Fortè melius ex Suida in Ἴωρος: οὐδ' ἐστὶς Ἴωρου: vel *οὐδ' ἐνδεῖ Ἴωρου*. Ianitorem enim θυρωρὸν καὶ φύλακα ait significare, vel, *vestibulum* potius. Correxi & τοῦ ἔσω τοῦ πύλης. Vox autem Ἴωρου rara & inusitata. Hesychius: Ἴωρος, τὸ ἱμάτιον· χιτὼν, ἢ τὸ ἱερεῖον, καὶ ἔλαιος, ἢ ὁ τόπος φύλαξ.

27. Adfert & exponit Aristoteles III. Rhetoric. & Pollux lib. V. copiosè, ac Zenobius. Affinis & illa Archilochi Paræmia, Ὁ Καρπάθιος ὁ μάγνης, apud Iunium Centuria IV. Adag. 74. Cæterùm τὸν λαγὼν Atticis potiùs est, quibus & Gaza alios in IV. nominum inflexione adnumerat. Λαγὼς, ἀδος. Ἔως, ἵος. Κίων, κίονος. & Κὼς, κῶ.

30. Phallus Deo.] Dici solitum de conferentibus quibusdam sua, apta tamen.

31. Dolium inexplebile.] Hoc apud inferos esse aiunt, quod expleri nequeat: puniuntur illo animæ non initiatorum, virginesque Danaides dictæ. Aquam enim pertusis hauriunt doliis. Inscriptum verò eidem est dolio: NON INITIATORVM. Dicuntur autem virgines illæ Ἠπεδάναι, *debiles*, hoc est, ad planum imbecillæ. Potest etiam de inferorum Orco dici, multis indies hominibus vita abeuntibus, numquam tamen expleto.

32. Domus cara, domus optima.] Quidam Prouerbium per iocum interpretantes de testudine dictum aiunt.

30. Ὁ φαλλὸς τοῦ θεοῦ.] Ἐπὶ τῶν διατιμώντων ἑαυτοὺς τὰ οἰκεῖα καὶ παράφορα τίθεται.

31. Ὁ ἄπληστος πίθος.] Οὗτος ἐλήλεγκε ἐν ᾅδου εἶναι, ἀδύνατον πλησθῆναι μόνον. παάγουσι δὲ περὶ αὐτὸν αἱ τῶν ἀμυήτων ψυχαὶ καὶ κόραι, ἃς ἔνιοι Δαναΐδας φασί. πληροῦσι δὲ κατάγοσιν ἀγγείους ὕδωρ πρὸς αὐτὸν φέρουσαι τετρημένον. γλιχαίνει δὲ τοῦ πίθου, ΑΜΥΗΤΩΝ. λέγεται δὲ αἱ κόραι Ἠπεδαναὶ, τυτθῶσι, ἀδυνάτως πρὸς τὸ ἄπεδον. δύνασθαι] λέγεται καὶ ἐπὶ τῶν ᾅδου, πάντοτε ἀποθνησκόντων μὲν τῶν ἀνθρώπων, ἀδύνατον δὲ ἐκείνου πληρωθῆναι.

32. Οἶκος φίλτε, οἶκος ἄριστε.] Ἐπί τινων παροιμιάζονται ὅτι τὸ χελώνιον μεταφράζοντες, ταύτην ὅτι ἡ χελώνη φασίν.

33. Οἰκο-

30. De Phallo Deo, qui & hortorum custos & Priapus est Columellæ, Sextoque Pompeio, Herodotum vide lib. II. & Plutarch. lib. De studio pecuniatum, ac De Isidis & Osiridis Commentario.

31. Πίθος τετρυμένος vsurpat Plato in Gorgia, & Aristot. lib. VI. Polit. & in Oeconomicis, Lucianus in Hermotimo, Higinus fabula 170. Poëtarum verò Aristoph. ἐν Νεφέλαις, Lucret. lib. III. Catullus, & Horat. lib. III. Oda XI. sæpè Propertius lib. II. Eleg. 1. & 31. & lib. IV. Eleg. VII. Plautus in Pseudolo: *In pertusum ingerunt dolium: operam ludunt.* Tibullus lib. 1. Eleg. 3.

Et Danaï proles, Veneris quæ numina sensit,
In cava Lethæas dolia portat aquas.

Ouidius in Ibim:

Quæque gerit humeris perituras Belides vndas,
Exulis Aegypti turba cruenta nurus.

Bion apud Laertium: Ἔλεγε τοὺς ἐν ᾅδου μάλλον ἂν κολάζεσθαι εἰ ἀκολάστους καὶ μὴ τετρυμμένους ἀγγείοις ὕδατοφόροις.

De inferorum Orco.] Sic Isaias vates cap. V. ver. 14. *Dilatauit*, ait, *animam suam infernus, & aperuit os suum absque vllo termino.* Et Salomon Prouerb. cap. XXVII. v. 20. & cap. XXX. vers. 16. inter cetera insatiabilia *Infernum* numerat.

32. Lepidus est Phrygis fabulatoris Apologus testudinis domiportæ, tardigradæ. Hinc Persius:

Tecum habita, & noris quàm sit tibi curta supellex. Vtitur & T. Liuius lib. VI. belli Macedonici, & in T. Flaminino Plutarchus de T. Quinctio suadente ne Peloponnesi finibus testudinis exemplo caput summo periculo exsererent. M. Tullius lib. XV. ad Attic. Epist. XVI. in Lamb. οἰκοφιλῶς. Quod equidem sic explicare malim, dictum esse venustè voce iterata, quasi diceret, *Domus cuique optimus est amicus*: nimirum quod Caius & Paullus Iurisconsulti pronuntiant, suam cuique domum tutissimum esse perfugium.

33. Erasmus

33. Οἶκοθεν ὁ μάρτυς.] Ἐπὶ τῶν καθ' ἑαυτῶν ἐπιφερόντων μαρτυρίας.

34. Οἶνος καὶ ἀλήθεια.] Τινὲς οὐχ οὕτως φασὶν, ἀλλ' Οἶνος καὶ ἦθη. κατὰ τὸ πρότερον Πέρσαι, φασὶν, οὐ βασάνοις ἀναπείζουσι, ἀλλὰ μεθυσκομένους.

35. Ὁ βόλος εὗρε Παρνύτης.] Καλλίστρατος Ἀθήνησι πολιτοδιαμείβων, δημαγωγὸς ὢν Παρνύτης, μισθὸν ἔταξε τοῖς δικασταῖς, καὶ τοῖς ἐκκλησιαστάς· ὅθεν καὶ παροιμιάζονται τοὺς εἰς παροιμίαν ἐλθόντας τὸ γελοῖον.

36. Ὀπισάμβων.] Ταύτην Χρύσιππος καὶ τούτου καὶ τὸ τοὺς ἐν τοῖς πράγμασι προβαίνοντας, ἐπὶ τὸ δεῖ ὀπίσω βαίνειν. μίμεται δὲ τὸν ὀνόματος Σοφοκλῆς.

33. Testis domesticus.] De iis qui contra se testimonia proferunt.

34. Vinum & veritas.] Quidam aliter efferunt, *Vinum & mores.* Ad prioris sensum pertinet Persas non tam tormentis quàm vino verum solitos exsculpere.

35. Obolum reperit Parnytes.] Callistratus Athenienses imperans, cognomento Parnytes, præmium iudiciis & concionibus instituit: quod Comicorum dicterio in Prouerbium per iocum cessit.

36. Ὀπισάμβων.] Chrysippus vocem hanc adhibet in eos qui in rebus gerendis in peius ruunt, quasi ab ὀπίσω βαίνειν, hoc est, retrò referri. Vsurpat vocabulum Sophocles.

37. ΠΑΡΑ-

55. Erasmus sic explicat: vbi quis seipsum laudat. Locus verò Luciani in Ioue Tragœdo, nostro potiùs quadrat sensui, quod Henr. Stephanus obseruat. Adhibet M. Tullius libro II. Epist. ad Cælium, & non semel libris de Orat. ad Q. Fratrem: pluraque Iurisconsulti de testibus è domo productis. Phrynichus de vocibus Atticis pa. 80 edit. August. Κεχρῆσθαι δοκῶ (καθὼς) φύλαρχον οὐ τὸν μάντιν ἀλλὰ τὸν ἵππαρχον. vbi Vir illustris hoc secutus Prouerbium reposuit: Ὁ μάντις ἐν οἰκείῳ ἀποχρήσει. 34. Alius etiam: Ἐν οἴνῳ ἀλήθεια. & Poëtis frequens: *Vinum animi speculum, ingenij fumus.* &, *Quod in corde sobrij, id in ore ebrij.* Græcorum autem esse hoc Prouerbium ait Plutarchus in Artaxerxis vita, & Athenæus lib. II. Vruntur Euripides, Theognis, & Plinius lib. XIV. cap. XXII. Persæ quoque apud eumdem Plutarchum extat apophthegma. & Horatius venustè in Arte:

Reges dicuntur multis vrgere culullis,
Et torquere mero, quem perspexisse laborant.

Cicero adhæc in Topicis de iis quæ fidem in Quæstionibus reperiant, numerat vinolentiam, puritiam, & insaniam. nimirum quod hodieque vsitatum: Ebrios, stultos, ac pueros verum plerumque effari.

35. Παρνύτης cum υ diphthongo in secunda syllaba è suis schidis edit Erasmus, vbi hîc ο est.

36. Vox rara Ὀπισάμβων (vt quidem scribit accentu in vltima Eustathius, è Lexico quodam) pro τὸν τὰναντία ἀναχωροῦντα, *incessu retrogrado* in Ἰλιαδ. Χ. pagina 806. Basileens. editionis. Deriuatum ex ὄπισθεν καὶ ἀναβαίνειν, hoc est, vt Homerus loquitur, ὀπίσω ἀναχάζεσθαι. Affinis notione est Ὀπισθοβάμων, *retrocedens*, in Græcorum Epigrammate de paguro: vt de caneris C. Plinius, *Retrorsum pari velocitate redeunt.* In B. Chrysostomi Litur. extrema legitur, Ἐκ τῆς ὑπισθαμβωνος, vna intectecta littera, sed ab ambone, pulpito. Sophoclis autē locum in iis quę exstāt Tragœdiis nō reperi, nisi fortēin iis quę temporū iniuria intercíderunt.

37. In

Π.

37. ΠΑΡΑΛΥΟΜΑΙ.] Quando pauperes à diuitibus exhauriri ac dissolui solent.

38. Perdicis caupona.] Perdix caupo fuit claudus, vnde natum ferunt Prouerbium, vt & illud: *Perdicis crus.*

39. Pelei gladius.] Temperantiæ præmium Peleo gladius attributus, à Vulcano fabricatus.

40. Parasanga.] Mensura viæ est stadiorum triginta. χοῦς autem sexaginta, vel, vt aliis placet, 50. stadiorum.

41. Percontare hirundinem.] Quòd animal sit querulum.

42. Mendici loculi semper inanes.]

43. Promeri canes.] Hic Regis domesticus vehementer oderat, vt narrant, Euripidem poëtam, nato è calumnia in herum suum odio. Regredienti itaque ipsi efferatos canes immisit, qui & deuorarunt. Hinc ortũ Prouerbium.

44. Lis Ptolemaica.] Dictum in litibus assiduè deditos.

45. Negotia ex otio.] De rebus insperatò oblatis.

46. Priùs duo echini societatem ineant, terrestris & marinus.] De impossibili ac dispari re iactatum.

47. Agnos canibus obiicientes.] In eos qui homines quietos calumniatoribus tradunt.

48. Priùs ouem pascat lupus.] De re quæ fieri nequit.

49. Laterem lauas; Humi hauris; Lentem secas; Mare exhauris.] Dici solét Prouerb. de iis quę fieri uetas.

50. Mitior columba.] De valdè mansuetis dictum.

51. Cum Care Carizas.] Vt eum Cretensi Cretissas. De similibus dici solitum.

52. Ad nouercę ploras tumulũ.] In fictos homines tactarum.

53. Porri folio amantium vincta crumena est.] In eos qui libidinis causa multa expendunt, viuuntque luxuriosè. Porri enim folium imbecillum, & nihil vinciens.

54. Canalem magno inducis flumini.] De frustrà quid loquentibus, aut agentibus.

55. Polypo

Π.

37. ΠΑΡΑΛΥΟΜΑΙ.] Ἐπὶ ὑπὸ τῶν πλουσίων οἱ πένητες παροδεύονται.

38. Πέρδικος καπηλεῖον.] Χωλὸς καπηλος ὁ Πέρδιξ. ὅθεν ἔνιοι τῶν παροιμιῶν ἀφηρῆσθαί φασι, τὸ, Πέρδικος σκέλος.

39. Πηλέως μάχαιρα.] Σωφροσύνης γέρας ἡ μάχαιρα τοῦ Πηλέως δόθη, Ἡφαίστου δικαίως δόντος.

40. Παρασάγγης.] Μίλιον ὁδοῦ, σταδίων τριάκοντα σταδίων. χοῦς δὲ, ἑξήκοντα, ὡς δέ τινες, πεντήκοντα.

41. Πῶδον χελιδόνος.] Διότι ὀδυρτικὸν τὸ ζῶον.

42. Πτωχοῦ βαλλάντιον ἀεὶ κενόν.]

43. Πεφυμένοι κύνες.] Τὸν Πρόμαχον βασιλικὸν οἰκέτην [φασὶ] μισῆσαι καθ' ὑπερβολὴν Εὐριπίδην ἐκ παιδὸς ἐκ τοῦτον ἀφορ-

37. In ἀφορμᾶσθαι eadem hic Suidas, pro immittere: quasi panperes diuitum gregi immisceantur. Habetque & ἀφορμᾶν, sed aliter pronunciato, quod dilabi & languescere sonat: aliàs etiam abdicare se, & magistratu abire.

38. Cauponem illum Perdica perstringit Aristophanes in Auibus pag. 601. nouæ edit. Πέρδιξ μιᾶς τῶν κάπηλος ἀνημμένος χλαῖν. ad quæ verba Enarrator Græcus Perdicem dicta popinæ præfectum, hoc est, coquum; quodque claudus esset, hinc factum Adagium, Πέρδικος σκέλος, *Perdicis crus.* cuius & in Anagyro meminerit idem poëta, & in Parœmiis ἐμίξει, soluta oratione scripsit; vt & ξυμμίγνυμι conscripsisse Prouerbia Aristophanem appareat. Suidæ etiam Πέρδικος πούς, *pes Perdicis.*

40. *Parasanga*, Persica vox, quâ sæpè Herodotus vsus, & in Icaromenippo Lucianus; itemque Athenæus lib. xi. Prouerbij specie: Παλαιᾶς ἀφορμᾶσθαι τὸν ἀπὸ τῶν ἐπιτηδείων τὸν ἀπόντων. Persica item χοῦς. Gregorio Nazianzeno mensuræ genus est Epistola ad Nicobulum de Epistolis scribendis: Τί γὰρ ἂν τῷ Περσικῷ χοΐνικι μετρεῖσθαι δοῦμεν ἐπιστολήν, ἢ πεντήκοντα στίχους; *Quid nouisse est Persica sicario vel puerili ac cubiti sapientiam metiri?*

41. Suidas non ab aue modò, vt hic, sed etiam ab auriolo Chelidone Prouerbium deriuat.

42. De Promero Suidas eadem: & de Euripidis interitu Agellius lib. xv. cap. xx. & in vita Moscopulus, ac Giraldus in Historia Poëtarum. Aristophanes verò ἐκ τῶν γυναικοπαιζόντων, de feminis, quarum osor erat, in vincula coniicientibus, indeque fuga elapso.

44. Dio-

44. Diogenianus ab ano Ptolemaica deducit, quæ lites assiduè agitaret.

53. Suidas hoc quoque Adagium commemorat, non Desiderius.

54. Suid. & Diogen. referunt; sed in altero huius dumtaxat cod. scripto.

μῆσθαι τὸν ἰδιωτικὸν ἀπὸ τοῦ ἑαυτοῦ δεσπότου. ἀναλύσαντα δ' αὐτὸν ὑπὸ τῶν κυνῶν διασπασθῆναι. ἀφ' οὗ καὶ ἡ παροιμία.

44. Πτολεμαϊκὸς δίκη.] Ἐπὶ τῶν ἀεὶ δικαζομένων.

45. Πράγματα ἐξ ἀπραγίας.] Ἐπὶ τῶν παρ' ἐλπίδα συμβαινόντων.

46. Πρὶν καὶ δύο ἔχινοι κοινωνίαν ἔλθωσιν, ὁ μὲν ἐκ θαλάσσης, ὁ δὲ ἐκ χέρσου.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων καὶ ἀποτόπων.

47. Παραβάλλειν κυσὶν ἄρνας.] Ἐπὶ τῶν τοὺς ἀπραγμόνας παραδιδόντων τοῖς συκοφάνταις.

48. Πρὶν καὶ λύκος ὄιν πομπεύσῃ.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτου.

49. Πλίνθον πλυνεῖς, Χαμαὶ ἀντλεῖς, Φακὸν κόπτεις, Θάλασσαν ἀντλεῖς.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων.

50. Πραότερος περιστερᾶς.] Ἐπὶ τῶν πάνυ ἡμέρων.

51. Μετὰ Κάρος καρίζεις.] ἀντὶ, Μετὰ Κρῆτα Κρητίζεις. ἐπὶ τῶν ὁμοίων.

52. Πρὸς σῆμα μητρυιᾶς κλαίεις.] Ἐπὶ τῶν προσποιουμένων.

53. Πράσου φύλλον τὸ τῶν ἐρώντων βαλάντιον.] Ἐπὶ τῶν δι' ἔρωτα πολλὰ ἀναλισκόντων, καὶ ἀσωτευομένων. ἀσθενὲς γὰρ τὸ τῆς πράσου φύλλον, καὶ ἀκτερίζόμενον.

54. Ποταμῷ μεγάλῳ ὀχετὸν ἐπάγῃς.] Ἐπὶ τῶν ματαιολογουμένων ἢ πραττόντων.

nia in herum suum odio. Regredienti itaque ipsi efferatos canes immisit, qui & deuorarunt. Hinc ortũ Prouerbium.

44. Lis Ptolemaica.] Dictum in litibus assiduè deditos.

45. Negotia ex otio.] De rebus insperatò oblatis.

46. Priùs duo echini societatem ineant, terrestris & marinus.] De impossibili ac dispari re iactatum.

47. Agnos canibus obiicientes.] In eos qui homines quietos calumniatoribus tradunt.

48. Priùs ouem pascat lupus.] De re quæ fieri nequit.

49. Laterem lauas; Humi hauris; Lentem secas; Mare exhauris.] Dici solét Prouerb. de iis quę fieri uetas.

50. Mitior columba.] De valdè mansuetis dictum.

51. Cum Care Carizas.] Vt eum Cretensi Cretissas. De similibus dici solitum.

52. Ad nouercę ploras tumulũ.] In fictos homines tactarum.

53. Porri folio amantium vincta crumena est.] In eos qui libidinis causa multa expendunt, viuuntque luxuriosè. Porri enim folium imbecillum, & nihil vinciens.

54. Canalem magno inducis flumini.] De frustrà quid loquentibus, aut agentibus.

55. Polypo

55. Polypo ſimilior.] De iis qui ſe eum quibuſuis conferunt.

56. Labore improbus.] Vſurpatum aut per exaggerationem improbus, aut ab ipſo laboris effectu [quaſi labori obnoxius.]

57. Bella Conon curabit.] In eos qui alienorum ſatagunt.

58. In Polypi capite & malum ineſt & bonum.] Quatenus caput eius eſculentum eſt; & ineſt eidem quod eſui ineptum.

59. Multi te oderint ſi te amabis.] Hoc Narciſſo dixiſſe ferũt Nymphas, in fonte ſe contemplanti, ſuámque formam admiranti.

60. Multis ictibus quercus deiicitur.] De iis rebus quæ ægrè capi poſſunt.

61. Multa maris ſunt ſtrata canis.] Dictum in nimiùm libidinoſos.

62. Multa in bello noua.] Quòd multa militiæ ſuſpectando metuantur.

63. Sæpè etiam eſt ſtultus valdè opportuna locutus.]

55. Πολύποδος ὁμοιότερος.] Ἐπὶ τῶν ἑξομοιουμένων τοῖς ἑαυτοῖς.

56. Πόνῳ πονηρός.] Ἤτοι κατ' ὄγδοον ὁ φαῦλος ἢ ὃς ἐ πάνυ κατ' ἐνέργειαν ὄκνηρος ⊙.

57. Πόλεμος δὲ Κόνωνι μέλησει.] Πρὸς τοὺς ἀεὶ τῶν ἀλλοτρίων φειδομένους.

59. πολλοί σε μισήσουσι, ἐὰν σαυτὸν φιλῇς.] Τοῦτό φασι Νύμφας πρὸς τὸν Νάρκισσον εἰπεῖν, θαυμάζοντα εἰς τὴν πηγὴν, καὶ τὴν οἰκείαν ποθοῦντα μορφήν.

60. Πολλαῖσι πληγαῖς δρῦς δαμάζεται.] Πρὸς τοὺς δυσαλώτους.

61. Πολλαὶ κυνὸς ἄρρος ⊙ θοναί.] Ἐπὶ τῶν κορεσθέντων πρὸς ἀφροδίσια.

62. πολλὰ κατὰ τὸν πόλεμον.] Διὰ τὸ πολλὰ καὶ ὑποπτεύειν ἐκφοβεῖν.

63. Πόλλακις τοι καὶ μωρὸς ἀνὴρ καιρίαν ἔειπε.]

64. Πῦρ

55. Ὁ μιαύτης rectiùs eſt in Suida & in Apoſtolio.

56. Vide in Suida Prouerb. ex Homero:

Πόνῳ πρὸς πόνον πίονα θέντι.

& Maro fortè huc reſpexit in Georg.

Labor improbus omnia vincit. Vt *auri ſacra fames*, pro exſecranda ac dira.

57. Etſi in vet. cod. Vaticano Μελησῇ ſcriptum, repono tamen μελήσει è Diogeniano & hiſtoriæ veritate. nam de Cononе Athenienſi Corn. Nepos in Vitis excellentium Græciæ Imperatorum.

58. Πολύποδ ⊙ κεφαλὴ Diogenianus, Suidas, & Apoſtolius; qui & ipſi inter ſe diſſentiunt.

59. De *Narciſſo* cæco ſui amore flagrante Naſo lib. III. Transformat. qui & *Cephiſium*, quia Cephiſi amnis filius fuit, nominat. Plura Euſtathius in Hom. & in Bœoticis Pauſanias. ἀπολέσειε etiam Suidas habet. Quid ſi ἀπόλοιτο, aut ἀπόλοιτο legas?

62. Diogenianus pro κατὰ, καὶ legiſſe videtur, vt ibidem notabamus.

63. In Agellio lib. XII. cap. VI. Noctium ſic carmen legitur: Πόλλακι τοι καὶ μωρὸς ἀνὴρ, &c. Eraſmo placet magis μωρὸς, Adagio *Holitor*: vt qui μωρίας laudem effuderit.

64. Διο-

64. Πῦρ ἐπὶ δαλοῦ ἐλθόν.] Ἐπὶ τῶν ταχέως γαμούντων.

65. Προφάσεως μόνον δεῖ ἢ πενία.]

66. Πέρδικος σκέλ ⊙.] Ὁ Πέρδυξ κάτηλος Ἀθήνησι, κεκωφωμένος ὅτι χωλαίνει.

67. Πάντ' ὄψεται, καὶ Ῥοδόπης ἡ καλή.] Ῥοδόπης ἑταίρας ἦν ἀδελφὴ Ναύκρατις ὁ Λιγύπτιος, ἧς καὶ Σαπφὼ μέμνηται, καὶ Ἡρόδοτος. τοὺς μὲν πολὺ διατρίψαντας ἀργύριον δεῖ τὸ διάφορον ἢ μίξεως, πρὸς τὰς ἄλλας γυναῖκας στρεφόντας ὑπερωπεῖσθαί φασι τὸ λεγόμενον.

P.

68. ΠΕΑΣ πόντ ⊙.] Ἴόνιος κόλπος ἀπὸ Ἀδρίου· ἔνθα πιμᾶται ὁ Βόσπορ ⊙.

64. Ignis ad torrem venit.] De iis quæ citò accidunt.

65. Prætextu ſolùm eget improbitas.]

66. Perdicis crus.] Perdix hic caupo Athenis fuit, quòd claudus eſſet, à Comicis conuitio proſciſſus.

67. Omnes manet mors, pulcram item Rhodopidem.] Scortum hoc Naucrati Ægypti claruit, cuius & Sappho meminit & Herodotus [lib. II.] Ferunt igitur eos qui multum pecuniæ cum ea prodegerant, propter diuerſum, quo in coitu vtebatur, modum, iam ad alias mulieres oculos conuertentes hoc verbi vſurpaſſe.

R.

68. RHEAE pontus.] Ionius ſinus eſt iuxta Hadriam: hinc & colitur Boſporus.

69. Frigeat

64. Diogenianus δὴ δαλὸν præfert.

65. Eſt Ariſtotelis libro I. Rhetor. ad Theodectem & Diogeniani. Eraſmus reddit *occaſionem*, vt ſit ferè quod vulgò dicitur, *Occaſio furem facit*: ſed non placet Henrico Stephano.

66. De hoc canpone ſuprà paullò Adagio 41. & turſum Ariſtophanis enarrator pag. 577. in Auibus, quid πέρδικος πέρι.

67. Fuit cùm hic *Strabo* ſcriptum fuiſſe opinarer, pro *Sappho*: nam ille Geographus lib. XVII. huius *Naucratæ* meminit in Ægypto famoſæ; ſed quia Sapphus poëtriæ pleraq; interciderunt, temporisque cladem (fortè quia obſcœna erant) ſenſerunt, & illa meretrix à fratre illius Charaxo pretio redemta manumiſſa eſt, ideoque ſoror eius Sappho eam ſui ſimilem, hoc eſt, impuram celebrarit verſibus, retineo lectionem. De *Rhodopide* quoque Herodotus in Euterpe, hoc eſt libro II. Muſarum, cap. CXXXIV. & CXXXV. narrat ex Thracia ortum, Iadmonis cuiuſdam ſeruam, & Æſopi Phrygis fabularũ auctoris ſociam fuiſſe, venille pòſt in Ægyptum, magnaq; pecunia à Charaxo Mitylenæo Sapphus fratre, vt dixi, redemtam in Ægypto manſiſſe, καὶ κάρτα ἐπερρίθη τοῖσιν ἥκουσι μάλιστα κτάσθαι χρήματα, vt & pyramidem ab ea conſtructam, ſed falsò, opinarentur. Claudit verò Tharius fabulator Herodotus: Τοῦτο μὲν οὖν, ὅστις λόγῳ ἔδωκε ἄλλῳ, ὥστε δὴ τὸ κλεινὸν ἐχέμυθον, ὡς οὐ πάντες Ἕλληνες Ῥοδώπῃ ⊙ τέρψιν ἐξεμάθον. *Hæc quidem adeò nobilitata eſt fama, vt nemo Græcorum Rhodopidis nomen non ediderit.* vt Prouerbio tritam fuiſſe hinc colligam, & ab Heliodoro ἐμπαιᾶι inſertam videam libro II. Aldin. Meminit & Suidas huius Adagij, hîc Senario expreſſi; ſin Heroico libeat verſu,

Omnes morte cadunt, etiam formoſa Rhodopis.

68. Heſychius ita: Πέας, πόντος ἀπὸ τοῦ Ἀδριακοῦ κόλπου, ἔνθα πιμᾶται ὁ Βόσπορος ⊙. Ἀλλ-

69. Frigeat malus pransus.] In tergiuersantes, & post cessationem non libenter opus aggredientes.

70. Rhadamanthium iudicium.] De incorruptè iudicantibus.

71. Faciliùs quàm Onium Bœoti transcenderunt.] In eos qui terminos modumque prætereunt. Onium enim mons erat, quo Bœotorum fines terminabantur.

72. Factum nouit & excors.] Sic & Plato, stultum cùm est perpessus, tum demum sapere.

73. Discissa vestis pro culta.] De iis dictum qui citò fructum capiunt ex iis per quæ agunt.

74. Verba pro farina.] De verba dantibus iis qui aliud poscebant.

75. Scrutaria merx, vel scruta venalia.] De re vili ac minuta, magno tamen vendita. Φαῦλος enim vilis ac variis ex rebus constans farcina est.

69. Ῥιγοῖ καλὸς ἀρισῆσας.] Ἐπὶ τῶν ἀσφαλιζομένων καὶ μὴ τελὲω ἀνάπαυσιν οὐχ ἡδέως ἐρχομένων ἐπὶ τὰ ἔργα.

70. Ῥαδαμάνθυος κρίσις.] Ἐπὶ τῶν ἐπὶ δικαιοσύνῃ μέτριον ὁμιλούντων.

71. Ῥᾷον ἢ τὸ Ὄνειον ὑπερίβησαν οἱ Βοιωτοί.] Ἐπὶ τῶν τοὺς ὅρους καὶ τὸ μέτρον ὑπερβαινόντων. Ὄνειον γὰρ ὄρος ἐστὶ μεταξὺ Θηβῶν καὶ τῶν Βοιωτῶν ὀρεινόν) ὄρος.

72. Ῥηχθεὶς δὲ τὸ νήπιος ἔγνω.] Καὶ Πλάτων, ὥσπερ νήπιον παθόντα γιγνώσκειν.

73. Ῥήγματα ἀντὶ κρημάτων.] Ἐπὶ τῶν σφαλερῶς ἐπιτηδευόντων τινὰς ἐξ αὐτῶν ὠφελείας.

74. Ῥήματα ἀντ' ἀλφίτων.] Ἐπὶ τῶν φωνὰς ἀντιδιδόντων τοῖς ἄρτα ζητοῦσιν.

75. Ῥωπικὸν οἶκον.] Ἐπὶ τῆς εὐτελοῦς μὲν, πολλῶν δὲ πραγμάτων ἐμπορικῶν· ῥῶπος γὰρ ἡ εὐτελὴς, καὶ πανδαισία φόρτος.

76. Ῥόδιον

---

ne enim, vt posteà Latinos, extulisse Græcos certũ è Glossario Græco-barbaro eruditiss. Io. Meursij, nuper euulgato, post Rigaltij non dissimilem, sed de industriam industriam.

69. Clara hic lux affulget, nec alia est face opus. In Diogeniano itaque nostro corrupta lectio, me & amicum in errorem induxit, non omnino tamen ἀναγκαίως, vt ad *Rhegienses timidos & ignaues* referremus, quales & Prouerbio celebrati: sed hæc vera haud dubiè scriptura est.

70. Vtitur Plato libro x i i. Legum, & Pindarus in Olympiacis ac Nemeis. Addo & Aristidis locũ in Pericle de Rhadamanthi æquitate: ὃ τοιοῦτον ἀεὶ δικαίως καὶ δικαιοτάτως, ὡς τι καὶ παλαιότερον τῶν ἐκείνου ἀποφαίνειν δικαίζον δικαί. *Pietate vsque eò influxit, excelluit, vt etiam ipse post mortem suam, vt, qui eùdem appellunt, iudex datus esse credatur.* Affine & illud *Rhadamanthi iusiurandum*, meminit Zenobius, & vtriusque Suidas & Apostolius, sed hic explanationem permutat.

71. Τὸ Ὄνειον montis nomen videatur, de quo nihil dum comperi. Apostol. Ὄνειον hîc nominat, quasi dicas terminum & limitem.

72. Homero recèdè attribuit Suidas, apud quem semel iterumque est Ἰλιαδ. π'. & υ'. Platonis siue Comici siue Philosophi locus vestigandus: & vitiosè hîc scriptum ab bitror ὡς πηρόν, reponendumque fortè ὥσπερ νήπιον. Simile autem Euripidis illud in Bacchis:

— κακὸν δὲ ἔγνωκε δι' ἐμὲ δαίμων.
— *nam didicit affinis malo.*

75. Habet Diogenianus & Hesychius: ῥῶπος κακῶς ἢ ἀτιμίαν, χόρτος. corruptè. Tu lege, vt hic, τόπος. Hinc & ῥωπικὸς, de qua voce multa obserua Iunius in Adagio 37. Cent.

76. Ῥόδιον χρησμός.] Ῥόδιοι τῇ Λινδίᾳ Ἀθηναίᾳ θύοντες καθ' ἑκάστην ἡμέραν διατίλλουσι τοῦ ναοῦ ἐν χόμβροι. ὅτε δὲ δεῖ αὐτοῖς ἀμίδα εἰσφέρειν. δόξαν δίκην αὐτοῖς, ἠρώτησαν τὸν Ἀπόλλωνα, εἰ τοῦτο δίκαιοι ποιοῦσι. συγκατακλίσαντος δέ ποτε, ἀνεπυνθάνοντο πάλιν, χαλκῆν ἢ ὀστρακίνην. ὁ δὲ ὀργισθεὶς ἀπεφήνατο, μηδετέρων. λέγεται) ἐπὶ τῶν ἀδέκτων ἀπορουμένων.

76. Rhodiorum oraculũ.] Rhodij Lindiæ Mineruæ operantes quotidie in tẽplo conuiuantes matulam non solent inferre sacris. Necessariam autem iudicantes, Apollinem consulunt an ea apponenda. Annuit ille. Quærunt denuò, æneáne an fictilis? Iratus ille, neutra respondit. Vsurpatur Prouerbium de inepta interrogantibus.

Σ.

77. Σιαφιοτ λειμών.] Εἶδος βοτάνης ἢ Λιβύης σίλφιον. καὶ παροιμία, Βάττου σίλφιον.

S.

77. Silphii pratum.] Herbæ species in Africa silphium: vnde & Prouerbium manauit, *Batti silphium.*

78. Sino-

Cent. iv. Latinis *Scrutarium* est & *Scruta*. Horatius de Iudæo:

Vilia vendentem tunicato scruta popello.

Ad quem respexit locum B. Hieronymus: *Ab Iudæo*, inquit, *audiuit vilia populo scruta vendente.*

76. Pro Ἀθηναίᾳ, quod hîc deprauatè scribitur, repone è Diogeniano Ἀθηνᾷ dandi casu, & διατίλλουσι, pro ἐκτίλλουσι legisse in suo apparet codice Erasmum. reddidit enim: *annos aliquot apud aram Deæ comitia prorogabant, atque ibi perpetuò manebant.* De Lindo Rhodi ciuitate Strabo lib. x i v. Geograph. & Stephanus. Vide etiam Paræmiç. *Lindiorum & Rhodiorum sacrificia*, apud Diogenianum, apud quem eadem hæc, sed breuiùs, legantur. De Minerua autem Lindia Diodorus Siculus lib. v. Bibliothecæ, Danaum cum filiabus ex Ægypto in Rhodum aduenisse narrans: Καὶ περιελθὼν ὑπὸ τῆς ἐγχωρίου ἱδρύσατο τὴν Λινδίαν ἐρημίαν, καὶ τὸ ἄγαλμα τῆς θεοῦ καθίδρυσεν. *Ab incolis exceptus templum Mineruæ statuit, eiq; delubrum consecrauit.* Statimque de Cadmo: Ὁ δ' υἱὸς Κάδμος τὴν τῶν Λινδίων Ἀθηνᾶς ἐτίμησε ἀναθήμασι, ἐν οἷς ἐστὶ λέβης ἀξιόλογος, ἐργασίαν ἔχων ἀρχαίαν ἐνδοξον. *Cadmus honorauit. Inter quæ sunt lebes, opus memorabile, antiqua fabricatum arte.* Strabo inibi Mineruam à Ioue editam Rhodiex Homericis creditum versibus ait pag. 450. & Colossum Solis à Charete Lindio fabricatũ. versumq; poëtæ explanat ex Il. Σ. v. 636.

Λίνδον, Ἴαλυσόν τε, καὶ ἀργεσσάντα Κάμειρον.
Lindum, Ialyssumq;, argillosamq; Camirum.

77. Βατείου, adiecì vt necessarium ad sensum. Meminit Adagij & in Pythiis Pindarus. De *Silphio Batti* Aristophanes in Pluto, & fusiùs ibi Græcus enarrator, & in Adagiis Erasmus: Apostolius verò, Σιλφίου Κάδμος. Latinis herba *Laserpicium* dictum, estque in Africa frequens: Catullus Epigram. v i i.

Quàm magnus Libyssæ arenæ
Laserpiciferis iacet Cyrenis
Oraculum Iouis inter æstuosi,
Et Batti veteris sacrum sepulcrum.

Aristoteles in Cyrenensium politia, nummis etiã silphium insculptũm Battum commemorat apud Scholiast. Aristoph. Et in nummis hodieque sic inscriptis herba spectatur ΚΥΡΑ apud V. Cl. Antonium Augustinum Dial. 1. Antiquitatum in nummis, quos olim adolescentes Latinos ex Hiberico fecimus.

78. Sinopiſſare.] De indecorè agentibus dictum à Sinope ſcorto.

79. Scytharum ſolitudo.] De quibuſdam deſertis ab omnibus. Sic & dici ſolitum: *Scythico deſerto deſerta magis.*

80. Scytha aſinum.] Iactatum in recuſantes quidem verbo, re tamen ipſa appetentes. Quidam enim conſpecto aſini cadauere: Prandium, inquit, ô Scytha, adeſt. aſt primùm ille tergiuerſatus, pòſt verò ſatagendo apparauit. * Simile eſt, Acarnanici aſini.] Acarnanes enim à Comicis vt agreſtes ac duri notabantur.

81. Samiorum flores.] In eos qui voluptati nimis indulgent.

82. Lecytho magis mutus.] Inquilini ab Athenienſibus iniuria affecti, ne hiſcere quidem audebant.

83. Apio indiget.] De ægrotante.

78. Σινοπίσαι.] Ἐπὶ τῶ ἀσχημονοῦσι, ἀπὸ ἑταίρας τινὸς Σινώπης.

79. Σκυθῶν ἐρημία.] Ἐπὶ τῶν ἐρημουμένων ὑπὸ πάντων. καὶ τὰ ἐρημότερά φασι τὴν Σκυθίαν ἐρημίαν εἶναι.

80. Σκύθη τὸν ὄνον.] Ἐπὶ τῶν λέγω μὲν ἀσπαζομένων, ἔργῳ δὲ ἐφεμένων. ἰδὼν γάρ τις νεκρὸν ὄνον, ἔφη, δεῖπνόν τοι σοὶ Σκύθα. ὁ δὲ ἐκδεξάμενος πρόιον· αὖθις δὲ πολυπραγμονήσας, σφὲ αὐτὸν ἐπαινέτην. * ὅπ ἐκινομηλοῦντος ὁ Ἀχαρνὴς ὡς ἄγριοι καὶ σκληροί.

81. Σαμίων ἄνθη.] Ἐπὶ τῶν ὑσχάτως ἡδυπαθῶν χρωμένων.

82. Συκομώτερος λυκύθου.] Οἱ γὰρ μέτοικοι λοιδορούμενοι ὑπὸ τῶν φυσῇ Ἀθηναίων οὐδὲ χάνειν ἐτόλμων πρὸς τὰς λοιδορίας ἀντιφθέγγεσθαι.

83. Σκόλοψ λείπει.] Ὁ νοσῶν.

84. Σι-

78. De Sinope ſcorto nobili Athenæus lib. xv. & Suidas ex Alexide, Valerius Harpocration Anaxilao & Amphide Comœdis quoque refert proſciſſam reſte H. Iunio Cent. v. Adagio 30. Poſſet etiam tractum videri Prouerbium à Sinopenſium moribus, de quibus Geographi.

79. De Scythica non ſolùm barbarie & immanitate, ſed & ſolitudine Q. Curtius Rufus l. vii. De geſtis Alexandri Magni: *Scytharum*, inquit, *ſolitudines Græcis etiam Prouerbio audio eſſe*, &c. Vtitur in Acharnenſibus Ariſtophanes.

80. Suidas eodem pænè verbis, niſi quòd ἐμπαίζειν præfert, eademque Diogenianus Zenobius in Adag. Ὁ Σκύθης τὸν ὄνον gemina propè, & Clemens Alexandrinus in Pædagogo Scythas ait & equo vehi, & ſanguinem ſecta vena epotare. M. Tullius lib. ii. ad Atticum: *Habes Scytha ὄνον.* & explicat doctiſſ. Turnebus lib. xvi i i. Aduerſ. cap. ix. Sequentia ἐπ' ἀκαμμονθῶν, ad aliam pertinent Paræmiam. Fortè ad Ἀχαρνικοὶ ὄνοι, vt apud Heſychium legitur.

81. Adhibet Prouerbium è Clearcho Athenæus lib. xii. & Stephanus Samum ἀνθίαν appellatam refert. Suidas etiam illud, Σαμίων ἄνθη, de Samiis ab Athenienſibus bello motis & compunctis notis, quibus ſerui ſolent, explanat.

82. Zenobius, Diogenianus, Suidas, & Apoſtolius, κάφοις loco λαλοῦ habent. Eraſmus etiam συκομώτερος legi concedit, vt meum contractum & humilem accipias.

83. Suidas ex Plutar. in vita Timoleontis exponit Cent. xii. mortem fuiſſe Græcis, apio ſepulcra, dum animam agerent ægroti, aſpergere. Plura de hoc ritu Io. Kirchmannus lib. iv. Funeralium cap. iii. & Læuinus Torrentius ad Od. vii. Horatij Flacci, l. ii.

84. Siphnus

84. Σιφνιάζειν.] Ὡς Κρητίζειν καὶ Λεσβιάζειν, ἀπὸ νήσου Σίφνου καλουμένης.

85. Συβαρανδρίδης.] Μέμνηται τούτης Φερεκράτης. ἔστι δὲ ἀπὸ τοῦ ἄνδρας σίνεσθαι.

86. Σκάνδιξ.] Λάχανον ἄγριον. παρὰ δὲ καὶ Σκανδικοπώλαν αὐτὸν ὠνόμασεν ἰδίως Εὐριπίδης, ὡς λαχανοπώλιδος υἱόν.

87. Σαοὺλ ἐν προφήταις.] Οὕτως ἐχρίσθη ὑπὸ Σαμουὴλ εἰς βασιλέα καὶ προφήτην. καὶ ἰδὼν αὐτὸν τις ἔφη· Καὶ Σαοὺλ ἐν προφήταις; καὶ ἔστι παροιμία· λαμβάνεται δὲ ἐπὶ τῶν μὴ ἀξίων.

88. Σαρδαναπάλου βραδύτερος.] καὶ, 89. Κατατηκόμενος τιθωνοῦ βαλύτερος.] 90. Κινύρα πλουσιώτερος.] 91. Δὶς παῖδες γέροντες.] Ὁ γὰρ Τιθωνὸς

84. Siphnus inſula vna Cycladum non procul Creta, auctore Stephano, cuius & Herodotus meminit, & Prouerbij etiam Heſychius, in quo emendandum vidit doctiſſimus Iunius Cent. iv. Adag. 66. διδύμου pro διδύμου. aliud hinc Prouerbium: Σίφνος ἀμμάδιον, quod & Suidas exponit. Addunt autem hîc membranæ: Ἔστι δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἔθνους ἀκατίζειν. Λακεδαιμόνιοι δὲ τὸ μεγαλοφρονεῖν σίφνιον.

85. Heſiodium eſt — ἀνδρὸς μέγα πῆμα βοείης. *Viro multùm obeſt.* & ibi interpretes. Deductum à verbo σίνομαι. Vide Etymologum & Varinum.

86. Scandix, vulgò *Scandaria*, viliſſimum oleris genus agreſte. De Euripidis Tragici matre Clito nomine, etſi nobilem fuiſſe Philochorus apud Moſcopulum in eius Vita aſſerat, olera tamen venditaſſe ait Theopompus apud Agellium lib. xv. Noctium cap. xx. & Valerius Maximus l. iii. cap. iv. Diogenianus hoc ipſo Adagio, & Ariſtophanes falſus Comicus initio Equitum, vbi Demoſthenes: Μὴ διαγελᾶτόν. & in Acharnenſibus Dicæopolis ait: Φεῦ δῆτα μακρὸν ὕπνον ἐφ' ἡμῖν πατέ. & vtrobique Græcus enarrator, qui λαχανοπώλιδ ὄντα nominat, pag. nuperæ edit. 289. & 194. De recentioribus, ex his Had. Turnebus lib. xv. Aduerſar. cap. iii. & Ioan. Brodæus li. iv. Miſcellan. cap. xxvi.

87. Sacræ litteræ i. Reg. x. cap. ver. ii. Paræmiam agnoſcunt, adhibetque Greg. Nazianzenus, κατὰ τῶν πολλὰ ἐοικότων καὶ παροιμίαν, Apologia de fuga ſua in Pontum, de ſacra Scriptura loquens, quam omnes, vt hodieque, attrectare audent, etiam mulierculæ. Ex hoc Prouerbio colligo Collectanea hæc non Plutarchi videri, vt Eraſmo perſuaſum fuiſſe apparet; ſed hominis Chriſtiani, vt ſunt Michaëlis Apoſtolij, æqualis Beſſarionis Cardin. & à Politiano alibi citati; & ſatis ipſe oſtendit Adagio: Ἀπὸ τῶν ἐκ τῆς γραφῆς παροιμιῶν.

88. Quattuor hîc conglobata Prouerbia, eôdem ferè deriuata, etiam à Suida in dict.

senio-

senio confectus, in cicadam, vt optarat, mutatus est. Cinyras verò Pharnaces oriundus stirpe, eius qui Cypriorum Rex fuit, diuitiis præstitit. Sardanapalus autem Assyriorum Rex, qui luxu & delitiis suum amisit regnum; filius erat Anacyndaraxi Regis Nini Perficæ regionis; molliter effeminateque se ornans, nec domesticis conspicuus, nisi eunuchis & puellis. Incenso autem palatio in intimis ædium partibus deprehensus periit. Sepulcro eius ita inscriptum Assyriorum litteris:

SARDANAPALVS ANACYNDARAXI F.
TARSVM ET ANCHIALEM
VNO CONSTITVIT DIE.
EDE, BIBE, LVDE,
NAM CETERA NE HVIVS QVIDEM FACIO.

hoc est, ne digitorum quidem crepitatione sunt digna. Insistit enim monumento statua, manibus supra caput tensis, velut concrepantibus digitis. Eamdem quoque inscriptionem Anchiale habuit, quæ ciuitas Tharso adiacet, hodieque Zephyrion appellatur.

τὸ γῆρας ἀποθήμῳ ϑ' κατ' ὀλιγίω, εἰς τέττιγα μετέβαλεν. ὁ δὲ Κίνυρας ὁ ἀπόγονος ϑ' Φάρμη βασιλέως Κυπρίων πλούτῳ ἐδόξασεν. Σαρδανάπαλος δὲ ὁ Ἀσυρίων βασιλεὺς, ὃς ἐπ' ἀκολασίᾳ καὶ τρυφῇ κατέλυσε τὴν ἰδίαν ἀρχήν. ἦν δὲ υἱὸς Ἀνακυνδαράξου βασιλέως Νίνου [illegible] καὶ τοῖς οἰκείοις μὲν ὁρώμενος ϑ', εἰ μὴ εὐνούχοις καὶ κόραις. πεπυρπολημένου δ' ἤδη τοῦ οἴκου, ἐνδοθεν εὑρεθεὶς ἀπέθανεν. ἦν δὲ ἐπίγραμμα ἐπὶ τῷ τάφῳ αὐτοῦ Ἀσυρίοις γράμμασιν·

ΣΑΡΔΑΝΑΠΑΛΛΟΣ
ΑΝΑΚΥΝΔΑΡΑΞΟΥ ΠΑΙΣ
ΤΑΡΣΟΝ ΤΕ ΚΑΙ ΑΓΧΙΑΛΗΝ
ΕΔΕΙΜΕΝ ΗΜΕΡΗ ΜΙΗ.
ΕΣΘΙΕ, ΠΙΝΕ, ΟΧΕΥΕ,
ΩΣ ΤΑΓΕ ΑΛΛΑ ΟΥΔΕ ΤΟΥΤΟΙ
ΕΣΤΙΝ ΑΞΙΑ.

τοιαύτη τοῦ γήρως διακτύλων ἀποκροτήματος. τὸ γὰρ ἐφεστὸς τῷ μνήματι ἄγαλμα, ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἔχον τὰς χεῖρας τεταμένας, ὡς ἀκροποδητεῖν τοῖς δακτύλοις. ταυτὸν ἐν τῇ Ἀγχιάλῃ τῇ πρὸς Ταρσὸν ὀνομαζομένῃ, ἥτις νῦν καλεῖται Ζεφύριον.

92. ΤΡΙΣ

Κατεγηράκει, nisi quòd neutro efferat genere: *Consenescat vltra Tithonum, Cinyra opulentiùs, Sardanapalo delicatiùs, vt Prouerbium in te compleatur, Bis pueros esse senes.* Vsurpatumq; ait ἐπὶ τοῦ χρόνου, *de longæuis.* & mox legit: Κινύρας ὁ ἔσχατος Φαρνάκης βασιλεὺς Κυπρίων: qui hîc φάρμη. & denique *Sardanapalus delicatiùs, exacta decessit ætate*, pro quo hîc, ἐρεθίσας τὴν ἰδίαν ἀρχὴν, *suum dissoluit imperium.* De Tithoni ætate Lucianus Adagium vsurpat in Dialogis. De Cinyræ verò opibus Plato lib. 1. de Legibus, & in Nemeis Pindarus, ac Naso x. Metamorph. Pro ἀκροποδητεῖν τοῖς δακτύλοις, quod Cicero *digitis concrepare* dixit, in Mich. Apostolio est ἀκροτῶν. Hic enim vltima descripsit, vt priora Suidas. Hæc de scriptura: nunc de Epitaphio Sardanapali corpori impositi videamus, vt legitur non Assyriacè, sed Græcè, vti putatur, à Chærilo compositum, apud Strabonem lib. XII. & XIV. Athenæum libro VIII. Arrianum libro II. Ἀνακύνδαξος Alexandri Magni, & Scholiastem Aristophanis in Auibus pag. 590. nuperæ edit. ad illud, Τὸν Σαρδανάπαλόν γ' ἐκεῖνον. Versus autem inscripti erant:

Εὖ πάσχε· τὰ δ' ἐντεῦθεν ἔτος ἓν ἔχεις ἀξὺ
Τερπόμενος· θνητοῖς δ' οὐκέτι ταῦτ' ἔσσεται.

Καὶ

T.

92. ΤΡΙΣ ἓξ νικητὴς βόλῳ.] Ἐπὶ τῶν εὐτυχούντων. Ἀπὸ τοῦ κυβεύειν. ὁ γὰρ βόλῳ ὁ πλήρης ἓξ ἐστί. τὸ παλαιὸν δὲ τρεῖς ἐβάλλοντο κύβοι.

93. Τυφλὰν ὀνείρατα.] Ἤτοι τοῦ ἀπατηλὰν, ἢ ὅτι τοῖς μείουσι περισβλέπονται.

94. Τὸ Πάρνου σκαφίον.] Ἐπὶ τοῦ περὶ τὰ μικρὰ πολλάκις ζηπεινώντων. Πάρνος γὰρ κυβερνήτης ἦν, οὗ τὸ σκάφιον ἀπολέσαι συνεχῶς ἐνώχλει τῷ δήμῳ, καὶ τῇ βουλῇ, αἰτιώμενος τοὺς τὸ σκαφίον ὑφελομένους.

95. Τὰ ἐκ τρυπίου.] Μαντολομένων διλογία, καὶ τὸ, Ἀπόλλων τρίποδος καὶ τοῦ, Ἀπὸ δάφνης.

T.

92. TER sex victor est iactus.] De prospera & felici re dicitur: ductum à iactu cuborum, qui è senionibus plenus erat. Tribus enim cubis ludebant antiquitus.

93. Cæca somnia.] Hoc est, fallacia & falsa, vel quia cum nictantibus colloquium fit.

94. Scaphula Parni.] In eos qui minima assiduè consectantur. Parnus enim nauclerus amissa scapha molestus fuit cùm Senatui tum plebi, eos putidè accusando, qui naufragium subduxissent.

95. Quæ ex cribro.] Scilicet prædicta: vt dicitur, *E tripode*: &, *Lauro vaticinans.*

96. Τὸν λ-

Καὶ γὰρ ἐγὼ σπεύδω εἰμὶ Νίνου μεγάλης βασιλεύς.
Ταῦτ' ἔχω ἃ ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα καὶ μετ' ἐμοῦ ἅπερ ἦν μοι.
Τερπνὰ ἐπιδόντα τὰ δ' ἄλλα ἀβίωτα καὶ οὐκέτι ὄντα.
Ἦ δὲ σοὶ εἶπον ἀφράστους ἐξ αὐτῆς ὧδε
Κεκτῆσθαι δ' ἀθλίων ἐστὶν ἀνθρώπων πάντων.
Cùm te mortalem noris, præsentibus exple
Deliciis animum; post mortem nulla voluptas:
Nam cinis ipse, Nini qui magnæ regna tenebã.
Hæc habeo, quæ edi, quæq; exsaturata libido
Hausit: at illa iacent multa & præclara relicta.
Hoc sapiens vitæ mortalibus est documentum.

Priores autem versus quinque alio ordine leguntur apud Clementem Alexandrinum Stromat. 2. & Theodoretum extr. Sermone XII. Græcanicarum affectionum: qui & Sermone IX. qui de Legibus est, ait: Σαρδανάπαλος ὁ Ἀσσύριος, ὁ θηλυπρεπὴς καὶ τρυφερὸς ἀνακύπτ. *Sardanapalus ille Assyrius, voluptatibus ac deliciis notissimus.* Posteriores autem versus sic Athenæus habet dicto lib. VIII. Δεῖπνοσοφ.

Ἃ δ' ἐπιλήθομαι σοφίσματ', ἐδί πατ' ἄκουε
Λάσπησαι, ἐκτείδω δ' ἐδίδυμα τὰ ἀπόμενα χρυσία.

Illos autem versus, *Hæc habeo, quæ edi;* — M. Tullius, extrema Tuscul. V. est interpretatus, qui & 2. de Finibus: *Non intelligo, inquit, cur Aristoteles Sardanapali Epigramma tantopere derideat, in quo ille Rex Assyria gloriatur, se omnes secum libidinum voluptates abstulisse.* & lib. X. ad Attic. epist. VII. *Nisi fortè me Sardanapali vice in suo lectulo mori malle censueris, quàm exsilio Themistocleo.* Ceterùm quæ de gestu tendentis manus supra caput, tresque digitos priores erigentis hîc refert, Strabo item atque Arrianus, vereor sanè vt rectè interpretes reddãt cum P. Lælio in Horis Subseciuis libro III. cap. II. quasi manuum complosio, vt in applausu solet, ac veluti poppysma fuerit: cùm sit potiùs extenso brachio digitorum crepitus, medio in pollicem incumbente ac feriente indicem exstantem, quibus concrepantibus contemtus significatur.

92. Suidas adfert, & explicat Hadr. Iunius rectiùs quàm Erasmus Cent. V. Adagio 62. in *Ter sexiacit*, & nos ad Zenobij Paræmiarum Cent. IV.

95. Video Erasmum legisse singulari numero Τρίποδ' ὕστερον. Diogenianus, vt hîc, multitudinis.

95. Suidas his adlubet Centuria XIII. ibidemque illud: Τὰ ἐκ τρίποδος, *Hæc è tripode pronuntiata.*

96. Τὴν λύραν.] Significat pugnæ victoriam. Imitatio est auspicij melodiæ, quod tibia fiebat.

97. Epimenidia pellis.] De reconditis rebus dictum. Hic enim Epimenides à Laconibus in adyto asseruabatur. Vixit autẽ, vt auctor est Theopompus, annos centum & quinquaginta septem, quorum septem somno transegerit.

98. Samiorum mala metuis.] De formidantibus inauditæ malitiæ proditiones.

99. Æsopicus sanguis.] De iis qui in difficilia sese mala ac probra implicarunt. Delphis enim sublato Æsopo irasci diuinum numen contigit.

100. Lignum incuruum numquam rectum.] Vulgi tritum sermone Prouerbium, iactatumque in eos, qui distorta corrigere negotia conati nihil proficiunt.

96. Τὴν λύραν.] Τοῦτο σημαίνει ἡ ἐν τοῖς ἀγῶσι νίκη. μίμημα γάρ ἐστι τῆς αὐλητικοῦ ἐνδοσίμου.

97. Τὸ Ἐπιμενίδιον δέρμα.] Ἐπὶ τῆς ἀσυθέτου εἴρηται. ἀπέκειτο γὰρ κατά τι λόγιον τοῖς Λακεδαιμονίοις τὸ τοῦ Ἐπιμενίδου δέρμα. ἔβιω δὲ οὗτος, ὡς φησιν ὁ Θεόπομπος, ἔτη ἑκατὸν πεντήκοντα καὶ ἑπτά· ἅπερ ἕκαστα ἐκαθεύδησεν.

98. Τὰ Σαμίων ὑποπτεύεις.] Ἐπὶ τῆς δολίους τινὰς ἀνηκούστους κακοῦ προδοσίας.

99. Τὸ Αἰσώπειον αἷμα.] Ἐπὶ τῶν δυσκυλίστους ὀνείδεσιν ἐμπεπλεγκότων. τοῖς γὰρ Δελφοῖς ἀπολοῦσι τὸν Αἴσωπον, σεισμὸν τὸ δαιμόνιον χαλεπῆναι.

100. Τὸ σκολιὸν ξύλον οὐδέποτε ὀρθοῦται.] Αὕτη δημώδης. λέγεται δὲ ἐπὶ τῶν ἐξ ἑτέρου πράγματα κατορθώσειν ποιουμένων, καὶ μᾶλλον ἀφελούντων.

EKA-

96. Τὴν λύραν & Τὴν λύρα lyræ etiam harmonia est, victoriam denuntians: non tamen est classicum canere aut receptui, vt in pugna solẽne. Ἔνδοσιμος verò qui rhythmus sit, explicat in Comment. Budæus.

97. Est in Diogeniani Prouerb. De somno autem Epimenidis, vt & Endymionis, non eadem omnibus sententia est. M. Varro enim & Plutarchus quinquaginta dormisse annos putant: septem his C. Plinius adiicit lib. VII. Nat. histor. cap. 52. Laërtius verò quadraginta septem: vt hîc ζ addendum opiner μζ, vel νζ. Prouerb. quoque exstat, *Vltra Epimenidem dormire*, ex illo Luciani in Timone: Τί πρὸς τὸν Ἐπιμενίδου κα-

θεύδειν. Vide Pet. Victorium lib. XXIIII. cap. 1. Variar. lect.

98. Suidas Cent. XIII. Σαπύδιος legit, redditque Germanus interpres *exspui*. Ego verò nihil demuto. Mox pro ἀνηκούστους, quod hîc scriptum repperi, reposui ἀνηκούστους. In Suida tamen, ne quid dissimulem, ἀνεκίνητος κακοῦ passim editum. De Samiis autem litteratis, bellique stigmate compunctis, nos ad Zenob. Adag. *Samiorum mala*.

99. Suidas Centuria 1. legit Δυσκυλίστους: Diogenianus verò Δυσκολίζους Centuria 1. & mox legi malim Θεοπεμπόντων. De nece Æsopi in eius vita Maximus Planudes, & Ioach. Camer.

CENT.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ Δ.

1. Τὸ Φρυνίχου πάλωσμα.] Κατὰ τῶν φρονίμως καὶ συνετῶς συβουλευόντων. Θουκυδίδης ἱστορεῖ, ὅτι Φρύνιχος ὁ Ἀθηναίων στρατηγὸς ἐν Σάμῳ, μελλόντων τῶν στρατιωτῶν κατάγειν Ἀλκιβιάδην, ἐδήλωσε τῷ ναυάρχῳ Λακεδαιμονίων ὁ Φρυνίχος, ὅτι βούλοιτο αὐτῷ προδοῦναι τὸ στράτευμα. λαβὼν δὲ ἡ ἐπιστολὴ Ἀλκιβιάδου, καὶ πέμψαντος τοῖς Ἀθηναίοις, ὕστερον μὲν ἐλθὼν ἀπολλῦσι ὁ Φρύνιχος, γράφει πάλιν τῷ ναυάρχῳ τὸ γεγονὸς, αἰτιώμενος καὶ φάσκων τὸ στράτευμα πάλιν προδώσειν αὐτῷ εἰ βούλοιτο. σημαίνας δὲ προηγόρευσε τοῖς στρατιώταις διδύξειν ἔχειν ἐπιστολὴν κατ' αὐτοῦ φέρουσ' Ἀλκιβιάδου, καὶ τοι λελειμένου ἐφόδου εὐπρεπῆ φυλάξασθ'. οὕτως δὲ γενομένου τούτου, καὶ κομιζόντων μὲν τῶν γραμμάτων, ἡγουμένης δὲ τῆς ἐφόδου, ἐπίστευσαν οἱ στρατιῶται πάλαι καὶ τὰ πρῶτ' καὶ τὸ φεῦγον κατὰ τοῦ Φρυνίχου ὑπ' Ἀλκιβιάδου γεγράφθαι.

2. Τὸ ἄρνιόν σου λελάληκεν.] Αἰγύπτιοι τοῦτό φασιν, ὅτι ἀνθρωπίνῃ φωνῇ τὰ μέλλοντά τινι τῶν βασιλέων λελάληκεν.

3. Τὸ Ἡσιόδειον γῆρας.] Ἀριστοτέλης ἐν Ὀρχομενίων πολιτείᾳ, δὶς τεθάφθαι φησὶ τὸν Ἡσίοδον, καὶ ἐπιγεγράμμενον τῷδε τυχεῖν·

Χαῖρε δὶς ἡδέσας, καὶ δὶς τάφον ἀμπολήσας
Ἡσίοδ', ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης.

CENTVRIA IV.

1. PHRYNICHI calliditas.] In eos qui callidè quid & vafrè machinantur. Scribit Thucydides Phrynichum ducem Athenensium Sami, cùm milites Alcibiades eò esset ductaturus, nauarcho Lacedæmoniorum nuntiasse se illi exercitum proditurum. Intercepta hac ab Alcibiade epistola, Athenasque missa, extinctus propè Phrynichus iterùm scribit nauarcho quod acciderat, expostulans, ac promittens iterùm se exercitũ proditurum si suum admoueret. Qua re indicata militibus, ait alteras contra se venturas ab Alcibiade litteras. Qua re gesta cùm allata epistola tum impetu facto, certo milites crediderunt priùs & nunc aduersus Phrynichum tentata omnia ab Alcibiade fuisse.

2. Agnus tibi locutus.] Fabulantur Ægyptij humana voce agnum Regi cuidam futura nuntiasse.

3. Hesiodi senecta.] Aristoteles in Republica Orchomeniorum bis sepultum ait Hesiodum, & ita tumulo inscriptum legisse:

Salue pubescens iterùm, ac bis condite salue,
Hesiode, humanæ qui modus es Sophiæ.

sic

CENT. IV.

1. Eadem Suidas Centuria XIV. Deside-

rius *luctam* nunc *luctationem* vertit. Mihi magis placet *callicitas*, aut *mucrii*. Quid autem

sic enim senescens repubescere est visus, ac bis sepultus.

4. Meliacum nauigium.] Dictum in naues perfluentes. Refert enim Aristoteles Hippotam coloniæ deducendæ præfectum, diris eos, qui secum nauigare nollent, deuouisse: partim excusatione vsos, quòd domi vxores ægrotarent; partim quòd naues eorum aquam admitterent; constanter est eos execratus, ne vmquam solidum haberent nauigium, & vxorum suarum perpetuò obnoxij essent imperio.

5. Carissimorum carissima.] Meliensibus oraculo præcepit Apollo, vt amarent carissimorum carissima. Ad annum itaque septimum decimum filios nudos circumgestabant, osculabanturque in Olympia.

6. Thessalorum commentum.] Dictum in fraudulenter & improbè agentes.

7. Corycæus hæc auscultauit.] Cum piratis Corycæi quidam conspirantes, nauigantium farcinas curiosè obseruando, quo die conscenderent, piratis indicabant. Qua re à mercatoribus explorata, pleraque absconderant. Id rursum piratis cùm esset ab explorato-

παρόσον τότε γῆρας ἀπίθη, καὶ δὶς ἐτάφη.

